fupercilia defınentem. Si enim non exigua cavitate brachii articulus effet inclufus, fed magnis in orbem fuperciliis effet conftrictus, haudquaquam circumagi quoquo verfus facile poffet; hoc autem ipfi potius fuit, quam fecuritatis ufus, illius enim gratia tota manus extitit. Parum abeft igitur, quin affidue brachii caput luxetur, ut quod cavitate exigua adeo vehatur, ut pars ipfius maxima extra fit, nulloque innixa fublimis pendeat. Quî igitur fit, ut non affidue in motibus vehementioribus excidat? nam quod ad praedictam conftructionem attinet, id omnino accidere ipfi erat neceffe. Admiraberis rurfus hîc quoque artem naturae, fi, quae ad ejus fecuritatem fit machinata, confpicabere. Tria enim ligamenta valida os brachii cum fcapulae cervice jungentia praeter commune omnium articulorum rotundum eft machinata; duas praeterea fcapulae apophyfes recurvas, quae articulum muniunt; atque ex utraque horum parte mufculos maximos ipfum conftringentes. Caeterum ligamentum

πᾶσι τοῖς ἄρθροις ὑπάρχων, ἐκφύεται μὲν ἐκ τῶν χειλῶν τῆς ἐν ὠμοπλάτῃ κοιλότητος, ἅπασαν δ᾽ ἀκριβῶς ἐν κύκλῳ περιερχόμενος τὴν διάρθρωσιν εἰς τὴν ἀρχὴν καταφύεται τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. τῶν δ᾽ ἄλλων τῶν τριῶν οἱ δύο μὲν ἀκριβῶς εἰσι στρογγύλοι, καθάπερ νεῦρα, πλατὺς δ᾽ ἀτρέμας ὁ τρίτος. ἐκφύεται δ᾽ ὁ μὲν πρῶτος ἐκ τοῦ πέρατος τῆς ἀγκυροειδοῦς ἀποφύσεως, ὁ δὲ δεύτερος ὁ τούτου μείζων ἐκ τοῦ τῆς ὠμοπλάτης αὐχένος, κατ᾽ ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος, ἔνθα τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ κοιλότητος ὀφρύς ἐστιν υψηλοτάτη. τούτῳ μὲν οὖν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐπίβασιν ἀσφαλῆ παρέχει, [629] τηλικαύτην ἐν τοῖς ἄνω τε καὶ πρόσω μέρεσιν ἑαυτῆς ἔχουσαν κοιλότητα κατάντη, τομῇ πλατείᾳ παραπλησίαν, ἡλίκος περ καὶ αὐτὸς ὁ σύνδεσμός ἐστιν. ὁ δὲ ἕτερος ὁ πρότερος εἰρημένος ἐκ τῶν ἔνδον μερῶν τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος παρατέταται. λοιπὸς δ᾽ ὁ τρίτος ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς τῷ δευτέρῳ χώρας ἐκφύεται, λοξὸς δ᾽ ὑποφυόμενος αὐτῷ καταφύεται καὶ αὐτὸς εἰς τὴν πρώτην ἀρχὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος

latum et membranofum, quod omnibus articulis ineft, ex labiis ejus cavitatis exoritur, quae ineft omoplatae, et totam dearticulationem in orbem omnino complectens in capitis brachii initium inferitur. Aliorum vero trium duo quidem prorfus funt teretia, quo modo nervi, tertium vero remiffe latum eft. Enafcitur autem primum quidem ex fine apophyfeos, quam ancyroidem five anchorariam, alterum vero, quod hoc eft majus, ex fcapulae cervice, ea maxime parte, qua cavitatis, quae ipfi ineft, fupercilium eft altiffimum; huic quidem certe caput brachii fedem praebet fecuram, quod tantam fuperioribus atque anterioribus fui partibus habet cavitatem declivem latae incifioni fimilem, quantum eft ipfum ligamentum; alterum vero prius dictum *ligamentum* ab internis capitis brachii partibus attenditur, reliquum vero ac tertium ex eodem loco, quo fecundum, exoritur; obliquum autem illi fubnafcens inferitur et ipfum in primum capitis brachii initium, quo modo latum li-

ὁμοίως τῷ πλατεῖ τῷ πᾶν ἐν κύκλῳ περιλαμβάνοντι τὸ ἄρθρον, ἔστι γάρ πως ἐκείνου μέρος. οἱ δέ γε προειρημένοι δύο καθήκουσιν εἰς τὸν ἐπικείμενον τῷ βραχίονι μῦν, ὃν ἐν τοῖς περὶ τῆς χειρὸς λόγοις εἰς τὴν κεφαλὴν τῆς κερκίδος ἔλεγον ἐμφύεσθαι. καὶ γὰρ οὖν κἀνταῦθα τὸ τῆς φύσεως εὐμήχανόν ἐστιν ἰδεῖν, ὅπερ ἤδη δέδεικται μυριάκις, τὸ, ὡς ἓν ὄργανον ἐνίοτε τῷ τῆς θέσεως ἐπικαίρῳ πολλαῖς ἐξαρκοῦν ἀπεργάζεται χρείαις. δεομένων γὰρ ἁπάντων μυῶν, ὡς καὶ τοῦτ᾽ ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἀποδέδεικται λόγοις, μετέχειν τῆς τῶν συνδέσμων οὐσίας, ἅμα μὲν τῷ μυῒ χρησίμους αὐτοὺς, ἅμα δὲ καὶ τῷ κατ᾽ ὦμον ἄρθρῳ κατεσκεύασε. τουτὶ μὲν γὰρ σφίγγοντές τε καὶ συνέχοντες ἐκπίπτειν κωλύουσιν, εἰς δὲ τὸν μῦν διασπειρόμενοι καὶ τούτῳ παρέχουσιν αὐτάρκη τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν. ὑπὸ μὲν τῶν συνδέσμων οὕτω φρουρεῖται τὸ κατ᾽ ὦμον ἄρθρον, ὑπὸ δὲ τῶν ὑποφύσεων τῆς ὠμοπλάτης, ἄνωθεν τῆς κατὰ τὸ ἀκρώμιον, ἣν ἐκεῖνοι κορακοειδῆ προσαγορεύουσιν, ἔξωθεν δὲ

gamentum, quod totum in orbem articulum complectitur, eſt enim ipſum quodam modo ipſius articuli pars; praedicta vero duo ligamenta ad muſculum brachio incumbentem perveniunt, quem, dum de manu ageremus, in caput radii diximus inſeri. Nam hîc quoque videas licet naturae ſolertiam, quam ſexcentis locis jam demonſtravimus, ipſam ſcilicet nonnunquam inſtrumentum unum propter ſitum opportunum obeundis multis uſibus efficere appoſitum. Quum enim muſculos omnes (ut, dum de ipſis ſeorſum ageremus, demonſtravimus) ligamentorum ſubſtantiae participes eſſe oporteret, conſtituit ipſa ſimul quidem muſculis, ſimul autem humeri articulo utilia; nam hunc conſtringentia ac continentia prohibent excidere, in muſculum vero diſſeminata magnum quoque ipſi ex ſe ipſis praebent uſum. Ad eum igitur modum humeri articulus a ligamentis munitur. Porro a ſcapulae proceſſibus, ſuperno quidem, qui eſt ad acromium, quem quidam coracoidem appellant, externo vero a proceſſu,

Ed. Chart. IV. [629.] Ed. Baf. I. (518. 519.)

τῆς ἀγκυροειδοῦς τε καὶ σιγμοειδοῦς ὀνομαζομένης, ἐν κύκλῳ δὲ πανταχόθεν ὑπὸ μεγίστων μυῶν καὶ τενόντων σφίγγεται τῶν κινούντων ὅλην τὴν διάρθρωσιν, ὑπὲρ ὧν λέγειν ἤδη καιρός.

Κεφ. ιγ'. Ἐμφύονται μὲν αὐτῶν αἱ τελευταὶ τῷ τοῦ βραχίονος ὀστῷ, τινὲς μὲν ἀνατείνουσαι τὸ κῶλον, ἔνιαι δὲ κατασπῶσαι, προσάγουσαι δ' ἄλλαι τῷ στήθει, καί τινες ἀπάγουσαι πρὸς τοὐκτὸς, ἔνιαι δ' ἐξ αὐτῶν κυκλοτερῶς περιστρέφουσαι. τῷ μὲν οὖν στήθει προσάγουσιν ὅ τ' ἐκ τοῦ κατὰ τὸν τιτθὸν χωρίου πεφυκὼς μῦς, μέτριος τὸ μέγεθος, εὐθὺς δὲ καὶ κατασπῶν τὸν βραχίονα (519) πρὸς τὸ κάτω μέρος ἀτρέμα, ὡς εἶναι ταπεινοτέρας προσαγωγῆς αἴτιος· ἕτερος δ' ἔμπαλιν τῷδε, τῶν ὑψηλῶν τοῦ στέρνου μερῶν ἐκπεφυκὼς, ὑψηλῆς προσαγωγῆς ἐστιν αἴτιος. ἄλλος δ' ἐπ' αὐτοῖς τρίτος διφυὴς ἢ δύο συμφυεῖς (ἑκατέρως γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἔνεστιν ἀληθεύειν λέγοντας) ἐκφύονται μὲν ἐξ ὅλου τοῦ κατὰ τὸ στέρνον ὀστοῦ, προσάγουσι δὲ τῷ στήθει τὸ τοῦ βραχίονος ὀστοῦν ὅλον ἰσόῤῥοπον, ἐπειδὰν ἀμφότεροι

qui ancyroides et ſigmoides appellatur, in orbem a maximis muſculis ac tendonibus, qui totam movent dearticulationem, undique conſtringitur; de quibus dicere nunc eſt tempeſtivum.

Cap. XIII. Ipſorum quidem fines oſſi brachii inſeruntur, quorum alii quidem brachium ipſum attollunt, alii autem deprimunt, quidam pectori adducunt, alii extra abducunt, nonnulli orbiculariter ipſum circumagunt. Ad pectus certe adducit is muſculus, qui ad mammam oritur, magnitudine mediocris; praeterea autem et brachium trahit deorſum leniter, ut ſit depreſſionis humilioris auctor. Alius vero contra, ex editis ſterni partibus enatus, adductionis ſurſum eſt auctor. Alius autem praeter hos tertius, geminus, aut duo coaleſcentes (utrovis enim modo de iis dixeris, non errabis) ex toto quidem pectoris oſſe oriuntur; adducunt autem pectori os brachii totum, idque aequabile, atque in nullam partem propendens, cum tenſi ambo fuerint; quod ſi ipſo-

Ed. Chart. IV. [629. 630.] Ed. Baf. I. (519.)
ταθῶσιν. εἰ δέ γ᾽ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐνεργήσειε μόνος, ὁ μὲν ἐκ τῶν κάτω μερῶν τοῦ στέρνου πεφυκὼς ταπεινὴν ἐργάζεται προσαγωγὴν, ὁ δ᾽ ἕτερος ὑψηλοτέραν· οὔτε δ᾽ οὗτος ὑψηλὴν οὕτως, ὡς ὁ δεύτερος τῶν εἰρημένων, οὔτε εἰς τοσοῦτον ταπεινὴν ὁ ἕτερος, ὡς ὁ πρῶτος. διαδέχεται δὲ τὸν μὲν ταπεινότατον τῶν εἰρημένων τεττάρων μυῶν ὁ ἀπὸ τῶν παρὰ τὸν τιτθὸν χωρίων ἀναφερόμενος μικρὸς μῦς, τὸν δὲ ὑψηλότατον ἡ ἑτέρα μοῖρα τοῦ κατὰ τὴν ἐπωμίδα μυὸς, ἡ τῆς κλειδὸς ἐκπεφυκυῖα. δύο γὰρ ἔχει κεφαλὰς ὁ μῦς οὗτος· ἐκ μὲν τῶν ἔνδον μερῶν τῆς ἐπωμίδος αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ τῆς κλειδὸς ἐκπεφυκὸς, ἐκ δὲ τῶν ἔξω παραπεφυκός τι τῇ ῥάχει τῆς ὠμοπλάτης ἐν τοῖς ταπεινοτέροις αὐτῆς μέρεσιν. ἀλλ᾽ ἡ μὲν τούτου μόνου ταθέντος ἐνέργεια [630] πρὸς τὴν ἐκτὸς χώραν ἀνατείνει τὸν βραχίονα, βραχὺ τῆς μέσης τε καὶ ἀκριβῶς εὐθείας ἀνατάσεως ἐγκλίνουσα πρὸς τὸ πλάγιον· ἡ δὲ θατέρου τοῦ πρὸς τὴν κλεῖν εἰκότως ἐπὶ τὴν ἐντὸς χώραν ὁμοίως ἐγκλίνει. ταθέντων δ᾽ ἀμφοτέρων ἰσοσθενῶς, τὴν ἀκριβῶς εὐθεῖάν τε καὶ μέσην ἀνάτασιν ὁ βραχίων λαμβάνει, μηδαμόσε παρεγκλίνων. καὶ μὴν καὶ ἄλλοι

rum alter folus egerit, qui ex inferioribus flerni partibus oritur, humilem effecit adductionem, alter vero editiorem, non tamen editam adeo, ut praedictorum fecundus, neque alter humilem adeo, ut primus. Nam mufculus exiguus, qui a mammae locis attollitur, praedictorum quatuor mufculorum humillimum excipit; altiffimum autem portio alia mufculi, qui eft ad epomida, quae clavi adhaeret. Nam mufculus hic duo habet capita; internis quidem partibus epomidos ipfi dico clavi eft infertus; externis autem partibus fpinae fcapulae adhaerefcit in demiffioribus ipfius partibus. Verum folius hujus mufculi, quum tenfus eft, actio brachium extrorfum extendit, parum a media ac recta omnino extenfione ad latus inclinans; alterius vero *mufculi,* qui eft ad clavem, actio non immerito intro fimiliter inclinat; tenfis autem aeque fortiter ambobus, brachium rectam plane ac mediam extenfionem affumit, nusquam declinans. Atqui alii

Ed. Chart. IV. [630.] Ed. Baf. I. (519.)

δύο μύες ἑκατέρωθεν τῆς ἐν ὠμοπλάτῃ ῥάχεως ὁμοίαν τῷ προειρημένῳ τὴν ἐνέργειαν ἔχουσιν, εἰ μὲν ἅμα ταθεῖεν, ἐξαίροντες ὑψηλὸν ἀκριβῶς τὸν βραχίονα, καταμόνας δ᾽ ἑκάτερος, ἅμα βραχεῖ τινι πρὸς τὸ πλάγιον ἐγκλίσει. ὄγδοος δ᾽ ἄλλος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις μῦς ἐκπεφυκὼς τοῦ πλείστου μέρους τῆς ταπεινῆς ἐν ὠμοπλάτῃ πλευρᾶς ἐπὶ τὴν ἐκτὸς χώραν ἀπάγει τὸ κῶλον, ἀντιτεταγμένος τοῖς κατὰ στῆθος, οἳ προσαγωγῆς ὑψηλῆς ἦσαν δημιουργοί. δύο δ᾽ ἐφεξῆς τῇδε μυῶν κινήσεις εἰσὶ, περιστρέφουσαι τὸν βραχίονα πρός τε τὴν ἐκτὸς καὶ κάτω χώραν. ἀλλ᾽ ἐπὶ πλέον μὲν ἀπάγει πρὸς τὴν ἐκτὸς ὁ τοῦ κάτω πέρατος ἐκπεφυκὼς τῆς ταπεινῆς ἐν ὠμοπλάτῃ πλευρᾶς· ὁ δ᾽ ἕτερος τὸ σιμὸν αὐτῆς ἅπαν καταιληφὼς ἧττον μὲν ἐκτὸς, ἐπὶ πλέον δὲ κάτω περιστρέφει τὸν βραχίονα. λοιπὸς δ᾽ ἄλλος εἷς μῦς ἐστι κατασπῶν τὸν βραχίονα μετὰ τῆς εἰς τοὐπίσω φορᾶς, ὃν ὁ προειρημένος ἐκδέχεται μῦς ὁ μικρὸς, ἀπαρεγκλίτους ἐργαζόμενος τὰς κάτω φορὰς τοῦ βραχίονος. ἠρκέσθη γὰρ ἡ φύσις τούτῳ καίτοι σμικροτάτῳ πάντων ὑπάρχοντι διὰ τὴν φυσικὴν τῆς

etiam duo mufculi utraque fpinae, quae eft ad fcapulam, parte fimilem praedicto habent actionem; fiquidem tenfi fimul brachium fublime prorfus tollent; quod fi feorfum uterque tendatur, modicum ad latus inclinabit. Octavus vero alius ultra praedictos eft mufculus, qui ortus ex maxima parte imae in fcapula coftae brachium extrorfum abducit, iis, qui funt ad pectus, oppofitus, qui brachium furfum attollunt. Duae porro poft hanc mufculorum funt motiones, brachium extrorfum ac deorfum circumagentes: verum amplius quidem extra abducit mufculus is, qui ex inferiori fine imae in fcapula coftae proficifcitur, alius vero, qui fimam ejus partem totam complectitur, minus quidem extra, fed deorfum magis brachium circumagit. Reliquus vero alius unus eft mufculus, qui deprimit, ipfumque retro agit; cui praedictus mufculus parvus fuccedit, qui efficit, ne brachium, dum deprimitur, ullam in partem inclinet. Contenta enim hoc fuit natura, tametfi omnium erat minimus,

χειρὸς εἰς τὰ κάτω ῥοπήν. ἰσχυρᾶς μὲν γὰρ δυνάμεώς ἐστιν ἀνατείνειν βάρος τηλικοῦτον, κάτω δὲ φέρεσθαι δύναται πᾶν σῶμα καὶ χωρὶς ψυχικῆς ἐνεργείας. ταῦτά τοι θαυμάζειν ἄξιον τὴν φύσιν, ἕνεκα μὲν τῆς ἀνατάσεως τοῦ κώλου τόν τε τῆς ἐπωμίδος μῦν εὔρωστόν τε καὶ διφυῆ κατασκευασαμένην καὶ δύο ἄλλους ἑκατέρωθεν τῆς ἐν ὠμοπλάτῃ ῥάχεως· ἑνὶ δὲ σμικρῷ μυῒ τὴν ἀντιτεταγμένην αὐτοῖς κίνησιν ἀνατίθησι. συνεπιλαμβάνουσι μὲν οὖν τι τοὔπιπαν τῷδε καὶ οἱ ταπεινοὶ τῶν ἀπὸ τοῦ στήθους, ὡς ἂν καὶ συμφυῆ τὴν ἀπονεύρωσιν ἔχοντες αὐτῶν, συνεπιλαμβάνει δέ ποτε καὶ ὁ ἀπὸ τῶν κάτω τοῦ μεταφρένου. ταθέντων γὰρ ἅμα τῶν τεττάρων εἴς τινας τῶν σφοδροτέρων ἐνεργείας, ἡ χεὶρ κατασπᾶται βιαίως, ἔνθα δ᾽ οὐδεμιᾶς ἐνεργείας σφοδρᾶς ἐστι χρεία, καὶ ὁ μικρὸς μῦς ἐξαρκεῖ μόνος. ὥσπερ δ᾽ ἐν τούτοις τὰ μεγέθει τῶν μυῶν ἡ φύσις ἐμέτρησε δικαίως, οὕτω κἀν τοῖς ἄλλοις ἅπασι. τὸν γοῦν ἀπὸ τοῦ στέρνου τὸν διφυῆ μέγιστον εἰργάσατο, καταφύεσθαι μέλλοντα τῷ

propter naturalem totius manus ad inferiora impetum; nam robore magno eſt opus ad tantum onus attollendum, ſed corpus omne ferri deorſum poteſt vel absque ulla animali actione. Proinde naturam admirari eſt aequum, quae ad brachium attollendum epomidos muſculum validum ac geminum conſtruxit, et duos alios, ex utraque ſpinae ſcapulae parte unum; uni vero et eidem exiguo muſculo oppoſitum illis motum tribuit. Adjuvant autem prorſus hunc et imi eorum, qui a pectore oriuntur, ut quorum aponeuroſes coaleſcant; adjuvat autem aliquando is quoque muſculus, qui ab inferioribus dorſi partibus oritur. Tenſis enim ſimul quatuor ad quasdam vehementiores actiones, manus violenter deorſum trahitur; quum autem nulla vehementi actione eſt opus, vel muſculus ille parvus eſt ſatis. Quemadmodum autem in his muſculorum magnitudines natura juſte eſt menſa, ita et in aliis omnibus. Quandoquidem geminum eum, qui a ſterno oritur, maximum effecit, ut qui oſſi brachii ſe-

τοῦ βραχίονος ὀστῷ κατὰ μῆκος ὑπὲρ τοῦ παντὶ τῷ θώρακι προσάγειν τὸ κῶλον. εἰ δ᾽, ὅπερ ἄμεινον, οὐχ ἕνα διφυῆ ὀνομάζεις τὸν μῦν τοῦτον, ἀλλὰ δύο συμφυεῖς, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐπαινέσεις αὐτῆς τὴν δικαιοσύνην, τὸν ὑψηλότερον πολὺ μείζονα τοῦ ταπεινοτέρου κατασκευασάσης, ἐπειδὴ σφοδροτέραν ἐνέργειαν ἐπεπίστευτο. λέλεκται γὰρ ἤδη καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν, ὡς οἱ μὲν ἀνατείνοντες τὰ κῶλα μύες ἰσχυροτέρας ἐνεργείας δέονται, τὴν τῶν σωμάτων ἐπὶ τὰ κάτω ῥοπὴν ἀντιπράττουσαν ἔχοντες, οἱ κατασπῶντες δ᾽, οὐ μόνον ἀδικούμενοί τι πρὸς αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ βοηθούμενοι τὰ μέγιστα, συμπραττούσης ἐφ᾽ ὃ σπεύδουσι, καὶ μετὰ βραχείας ἰσχύος ἱκανοὶ γίνονται τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἐπιτελεῖν. διὰ τοῦτ᾽ οὖν αὐτὸ καὶ οἱ περιστρέφοντες τὰ κῶλα μύες ἐν ἁπάσαις ταῖς διαρθρώσεσιν αὐτοί τ᾽ εἰσὶ ῥωμαλέοι καὶ τοὺς τένοντας ἔχουσι νευρωδεστάτους, ὅτι βιαιοτάτη τῶν κινήσεών ἐστιν ἡ τοιαύτη, πολλαπλασία κατὰ τὴν δύναμιν ὑπάρχουσα τῆς ἁπλῆς. ὡς γὰρ, εἰ πολλὰς κινήσεις ἀλλήλας διαδεχομένας νοήσειας, [631] ἕτοιμον ἦν συλλογίσασθαι,

cundum longitudinem eſſet inſerendus, quo brachium ad totum thoracem adduceret: ſi vero (quod ſatius eſt) non unum geminum judicaveris hunc muſculum, ſed duos conjunctos, impenſius adhuc naturae laudabis aequitatem, quae altiorem humiliore multo majorem effecit, quod vehementior actio ei eſſet concredita. Dictum enim nobis paulo ante fuit, quod, qui muſculi brachium attollunt, actione indigent vehementiore, corporum ſcilicet nutum ad inferiora renitentem ſibi habentes; qui vero ipſa deprimunt, non modo ab eo corporum nutu non laeduntur, ſed etiam adjuvantur maxime, impellente ſcilicet eo, quo ipſi properant, adeo ut non magnas ad ſuam actionem vires deſiderent. Ob id certe ipſum et muſculi, qui brachia circumagunt, in omnibus dearticulationibus ipſi tum robuſti ſunt, tum tendones habent nervoſiſſimos, quod motuum omnium is eſt violentiſſimus, multisque partibus ſimplicem viribus ſuperat. Quemadmodum enim, ſi multos motus ſeſe mutuo ſubſequentes intellexeris, in promptu

Ed. Chart. IV. [631.] Ed. Baf. I. (519.)

πόσῳ πλεονεκτοῦσι τῆς μιᾶς, οὕτω μοι νόει τὴν ἑλίττουσαν τὸ κῶλον ἀνάλογον ἔχειν πολλαῖς ἐφεξῆς τεταγμέναις. ἴσως δ᾽ ἂν σοι δόξειε τῆς δικαιοσύνης ἡ φύσις ἐπιλελῆσθαι θεασαμένῳ τὸν ἀπὸ τῶν κάτω μερῶν τοῦ μεταφρένου μῦν ἀναφερόμενον· οὐ γὰρ ἐχρῆν μέγαν αὐτὸν γεγονέναι, κατασπᾶν μέλλοντα τὸν βραχίονα. καὶ δεόντως ἐγκαλέσεις, εἰ τοῦτο μόνον εἰργάσατο· νυνὶ δ᾽, ἐπειδὴ πρὸς τούτῳ διττὰς ἄλλας κινήσεις ἐκπορίζει τῷ ζώῳ, περιστρέφων μὲν ὀπίσω τὸν βραχίονα, κατασπῶν δ᾽ ὅλην τὴν ὠμοπλάτην, οὐκ ἂν ἔτι προσηκόντως ἐγκαλοίης. ἀλλὰ μεταβὰς ἤδη πρὸς τὸν περὶ τῆς ὠμοπλάτης λόγον, ἐπειδὴ κατὰ τὴν κοινωνίαν τῶν πραγμάτων ἐμνημονεύσαμεν ἑνὸς τῶν κινούντων αὐτὴν μυῶν, ἐπίσκεψαι περὶ ταύτης, ἀρξάμενος ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου μυὸς, ὃν μόνον ἡ φύσις ἀντέταξε παμπόλλοις τοῖς ἀνατείνουσιν αὐτὴν, ἐκφύσασα μὲν ἐκ τοῦ κάτω τοῦ θώρακος σπονδύλου, περιφύσασα δ᾽ αὐτίκα τοῖς ἐνταῦθα μέρεσι τῆς ὠμοπλάτης. ἐκ ταύτης γάρ τοι τῆς κοινωνίας κατασπᾷν αὐτὴν πέφυκεν, ὥς τό γ᾽ ἀναφερόμενον αὐτοῦ

fuerit colligere, quanto unum fuperent, fic intelligas mihi, motum eum, qui brachium circumagit, multis deinceps conftitutis proportione refpondere. At forte exiftimas, naturam aequitatis fuae fuiffe oblitam, quum vides eum mufculum, qui ab inferioribus dorfi partibus furfum fertur: non enim magnum ipfum effe oportebat, quum brachium deorfum effet tracturus; quin potius ipfam jure accufaris, fi id folum effeciffet. Nunc autem, quum praeter hunc duos alios motus praebeat animali, quorum altero brachium retro circumagit, altero totam fcapulam deprimit, non amplius ipfam jure accufaris. Verum converfus jam ad fcapulam, quum propter rerum communionem unius moventium eam mufculorum meminerimus, de ea confidera, a propofito nunc mufculo aufpicatus; quem folum natura quam plurimis ipfam attollentibus oppofuit, ex inferiori quidem thoracis fpondylo educens, poft autem partibus fcapulae illic inferens. Ex hac enim communione deorfum ipfam trahit; nam pars

μέρος ἐπὶ τὸν βραχίονα τὸ συνεχὲς τῷδε τῆς ἐκείνου κινήσεως ἕνεκα γέγονεν, ἣν ἀρτίως ἐξηγούμενος πέπαυμαι, ἀλλὰ τό γε κάτω τῆς ὠμοπλάτης πεφυκὸς αὐτοῦ μέρος ἐκείνην κατασπᾷ. βέλτιον γὰρ ἦν οὐ μόνον τὴν κατ᾽ ὦμον διάρθρωσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὠμοπλάτην ὅλην ἐνίοτε κινεῖν, οὐκ ἀνασπῶντας μόνον ἢ κατασπῶντας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ῥάχιν ἀπάγοντας ὀπίσω καὶ πρόσω, πρός τε τὸν τράχηλον ὅλον καὶ τὸ στῆθος. ἀνασπᾷ μὲν οὖν αὐτὴν ὁ κατὰ τῆς ῥάχεως ἐκπεφυκὼς πλατὺς καὶ μέγας μῦς εἰς τὸ κατ᾽ ἰνίον ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς ἀνατεταμένος, ἀνασπᾷ δὲ καὶ ὁ λεπτὸς μῦς, ὁ τῶν μὲν αὐτῶν ὀστῶν τῆς κεφαλῆς ἐκπεφυκὼς, ἐμφυόμενος δ᾽ αὐτῇ κατὰ τὴν βάσιν τῆς ῥάχεως, ὀπίσω δ᾽ ἀπάγουσιν ἐπὶ τὴν ὅλην τοῦ ζώου ῥάχιν ἕτεροι δύο μύες, ἐκκλίνων εἰς ὕψος ἐπὶ τοὺς τοῦ τραχήλου σπονδύλους ὁ ὑψηλότερος αὐτῶν, ἀπάγων δ᾽ ὁ λοιπὸς ἐπὶ τοὺς τοῦ μεταφρένου. ταθέντων δ᾽ ἀμφοῖν ἅμα κατ᾽ εὐθὺ τῆς οἰκείας (520) θέσεως, ἡ πρὸς τὸν νῶτον αὐτῇ γίνεται φορά. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ ἐκ τῆς πλαγίας ἀποφύσεως τοῦ πρώτου

ejus, quae furfum ad brachium fertur, quae huic eft continua, ob illius motum fuit facta, de quo motu nuper agebamus. Verum pars ejus, quae parte inferiori fcapulae eft inferta, trahit illam deorfum. Melius enim fuit non humeri modo dearticulationem, fed etiam totam fcapulam aliquando nos movere, non modo furfum aut deorfum trahentes, fed retro etiam ad fpinam, atque antrorfum ad collum totum ac pectus abducentes. Trahit vero furfum ipfam mufculus latus ac magnus, qui a fpina enatus furfum ad os occipitis pervenit: trahit etiam furfum et mufculus tenuis, qui ab iisdem capitis offibus ortus ipfi ad fpinae bafim inferitur. Retro autem alii duo mufculi abducunt ad totam animalis fpinam; quorum editior ipfam inflectit furfum ad colli fpondylos, reliquus autem abducit ad fpondylos dorfi; tenfis vero ambobus fimul fecundum proprii fitus rectitudinem, fertur ad dorfum. Et fane etiam is mufculus, qui ex laterali primi

σπονδύλου τὴν ἔκφυσιν ἔχων μῦς, ἐμφυόμενος αὐτῆς τοῖς πρὸς ἀκρωμίῳ πέρασι, μάλιστα μὲν τοῦτο ἐπισπᾶται, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ὅλην τὴν ὠμοπλάτην εἰς τὰ πλάγια τοῦ τραχήλου μέρη, καθάπερ γε καὶ πρὸς τὴν πρόσω χώραν ὁ ἐκ τοῦ λαμβδοειδοῦς ἀρχόμενος ὁ λεπτὸς μῦς· καὶ γὰρ οὗτος ἐμφύεται τῷ τῆς ὠμοπλάτης ὀστῷ πλησίον τῆς ἀκρωμίας. καὶ μέν γε καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ στέρνου μυῶν ἐπ᾽ αὐτὴν ἀναφερομένων ὁ ὑψηλότερος οὐ μόνον μοι δοκεῖ τοῦ βραχίονος ἐπισπᾶσθαι τὴν κεφαλὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὠμοπλάτην, ὡς ἂν ἐμφυόμενος τῷ περιέχοντι τὴν διάρθρωσιν ὅλην συνδέσμῳ. συνεπισπῶνται γὰρ οἱ τοιοῦτοι τένοντες οὐκ ἐκεῖνα μόνον τῶν ὀστῶν, οἷς ἐμπεφύκασιν, ἀλλ᾽ ἐνίοτε καὶ τὰ κοινωνοῦντα καθ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον αὐτοῖς. φαίνεται δ᾽ ὁ μῦς οὗτος ἀπονευρώσει πλατείᾳ τῇ κεφαλῇ τοῦ βραχίονος ἐμφυόμενος καὶ τοῦ τῆς διαρθρώσεως ὅλης συνδέσμου τῇ πρόσω χώρᾳ. τούτοις ἅπασι τοῖς μυσὶν εἷς μόνος ἀντιτέτακται κάτωθεν, ὁ πρῶτος ἁπάντων εἰρημένος, ὃν ἐχρῆν δήπου δι᾽ αὐτό τε τοῦτο μὴ παντάπασιν εἶναι σμικρὸν, ἔτι τε διὰ τὰς ὑπο-

ſpondyli apophyſi exoritur, ſcapulaeque finibus, qui ſunt ad acromium, inſeritur, hoc quidem maxime trahit, cum eo autem et ſcapulam totam ad partes colli laterales, ut ad anteriores muſculus tenuis, qui a lambdoide oritur, inſeritur enim hic oſſi ſcapulae prope acromium. Atque etiam ex muſculis, qui a ſterno ad eam ſurſum feruntur, qui eſt editior, non ſolum mihi videtur brachii caput trahere, ſed etiam ſcapulam ipſam, ut qui ligamento dearticulationem totam continenti inſeratur; ſimul enim trahunt tendones ejusmodi non modo oſſa illa, quibus ſunt infixi, ſed nonnunquam etiam ea, quae cum ipſis quovis modo communicant. Videtur autem muſculus hic ſua tenuitate nervoſa lata brachii capiti inſeri ac parti interiori totius dearticulationis ligamenti. His omnibus muſculis unus duntaxat eſt inferne oppoſitus, cujus primi omnium meminimus; quem ſane ob id ipſum oportebat non omnino eſſe parvum, ac praeterea ob reli-

Ed. Chart. IV. [631.] Ed. Baf. I. (520.)

λοίπους δύο χρείας· καὶ γὰρ καὶ κατασπᾷ τὸν βραχίονα, καὶ περιστρέφει πρὸς τοὔκτος. ὥρα δή μοι καταπαύειν ἤδη καὶ τόνδε τὸν λόγον. ἐν δὲ τῷ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὰ γεννητικὰ μόρια μεταβὰς ἐξηγήσομαι καὶ τὴν ἐν τούτοις τέχνην τῆς φύσεως.

quos duos ufus; nam et deorfum trahere brachium, et extrorfum circumagere ipfum erat neceffe. Tempeftivum mihi certe eft jam librum hunc concludere; fequente autem ad partes genitales converfus naturae quoque in eis artificium explicabo.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΧΡΕΙΑΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΣΩΜΑΤΙ ΜΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ Ξ.

Ed. Chart. IV. [632.] Ed. Baf. I. (520.)

Κεφ. α'. Τριῶν ὄντων σκοπῶν τῇ φύσει τῶν πρώτων ἐν τῇ κατασκευῇ τῶν τοῦ ζώου μορίων, (ἢ γὰρ ἕνεκα τοῦ ζῆν ἐδημιούργησεν αὐτὰ, καθάπερ ἐγκέφαλον, καὶ καρδίαν, καὶ ἧπαρ, ἢ τοῦ βέλτιον ζῆν, ὡς ὀφθαλμοὺς, καὶ ὦτα, καὶ ῥῖνας, καὶ χεῖρας, ἢ τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς, ὡς αἰδοῖα,) καὶ ὄρχεις, καὶ μήτρας, ὅτι μὲν οὐδὲν τῶν εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν, ἀλλ' οὐδὲ εἰς τὸ κάλλιον ζῆν γεγονότων,

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI

LIBER XIV.

Cap. I. Quum tres primi naturae fint in partibus animalis conftruendis fcopi, (nam ex ipfis quasdam fecit ad vivendum neceffarias, cujus generis funt cerebrum, cor et hepar; quasdam ad vivendum commodius, ut oculos, nares, aures et manus; quasdam ad generis inftaurationem, ut pudenda, teftes ac matrices,) quod nulla quidem pars, non modo quae ad vivendum, verum etiam quae ad commodius vivendum eft comparata,

ἑτέρως ἠδύνατο βέλτιον, ἢ ὡς νῦν ἔχει, κατεσκευάσθαι, διὰ τῶν ἔμπροσθεν αὐτάρκως ἀποδέδεικται. λείποι δ᾽ ἂν ἔτι τὰ τῆς τοῦ γένους ἕνεκα διαδοχῆς ἡμῖν ὑπάρχοντα μόρια διελθεῖν τῷ λόγῳ.

Κεφ. β'. Μάλιστα μὲν οὖν ἀθάνατον ἡ φύσις, εἴπερ οἷόν τ᾽ ἦν, ἐσπούδασε τὸ ἑαυτῆς ἀπεργάσασθαι δημιούργημα· μὴ συγχωρούσης δὲ τῆς ὕλης, (ἐξ ἀρτηριῶν γὰρ καὶ φλεβῶν καὶ νεύρων καὶ σαρκῶν οὐχ οἷόν τ᾽ ἦν τὸ συγκείμενον ἄφθαρτον γενέσθαι,) τὴν ἐνδεχομένην αὐτῷ βοήθειαν εἰς ἀθανασίαν ἐμηχανήσατο δίκην ἀγαθοῦ πόλεως οἰκιστοῦ, μὴ τῆς ἐν τῷ παραχρῆμα συνοικήσεως μόνης φροντίσαντος, ἀλλ᾽, [633] ὅπως ἐπὶ τὸ πᾶν ἢ τὸ πλεῖστόν γε ἡ πόλις αὐτοῦ διαφυλάττοιτο, προνοησαμένου. πόλις μὲν οὖν εὐτυχὴς εἰς τοσοῦτον, ὡς διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου μηκέτι μνημονεύεσθαι τὸν οἰκιστὴν αὐτῆς, οὐδεμία πω φαίνεται γεγενημένη. τὰ δὲ τῆς φύσεως ἔργα πολλαῖς μυριάσιν ἐτῶν ἤδη τε διήρκεσε καὶ εἰσαῦθις παραμενεῖ, θαυμαστήν τινα

melius, quam nunc habet, conſtrui potuit, abunde nobis antea fuit demonſtratum. Hoc autem libro partes, quae nobis ad generis inſtaurationem a natura ſunt tributae, ſuperſunt adhuc explicandae.

Cap. II. Ac certe natura, ſi fieri potuiſſet, maxime optaſſet ſuum opificium eſſe immortale; quod quum per materiam non liceret, (nam quod ex arteriis, venis, nervis et oſſibus ac praeterea carne eſt compoſitum, incorruptibile id eſſe non poteſt,) ſubſidium quod potuit ipſi ad immortalitatem eſt fabricata inſtar ſapientis cujusdam urbis conditoris, qui non modo urbem ſuam in praeſens tempus habitari curat, ſed providet, quo pacto quidem in omne tempus aut ſaltem diutiſſime civitas conſervetur. Nulla tamen civitas floruiſſe adeo memoratur, ut dies ipſa conditoris memoriam deleverit; naturae vero opificium multis annorum millibus jam conſtitit, atque in poſterum ſtabit, nam mirabilem quandam

τέχνην ἐξευρούσης αὐτῆς, ὡς ἀεὶ τῷ διαφθειρομένῳ ζώῳ νέον ἕτερον ἀντικαθίσταιτο. τίς οὖν ἤδη ἡ τέχνη κατά τε ἄλλα σύμπαντα καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ὡς μηδὲν ζώου γένος ἀπόλοιτο, μένοι δ᾽ εἰς ἀεὶ σῶόν τε καὶ ἀθάνατον, ὁ λόγος ὅδε διδάσκειν ἐπαγγέλλεται, τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ποιησάμενος. ἅπασι τοῖς ζώοις ὄργανά τε κυήσεως ἡ φύσις ἔδωκε, καί τινα συνῆψεν αὐτοῖς μὲν τοῖς ὀργάνοις ἐξαίρετον δύναμιν γένεσιν ἡδονῆς, τῇ χρησομένῃ δ᾽ αὐτοῖς ψυχῇ θαυμαστήν τινα καὶ ἄῤῥητον ἐπιθυμίαν τῆς χρήσεως, ὑφ᾽ ἧς ἐπεγειρόμενα καὶ κεντριζόμενα, κᾂν ἄφρονα, κᾂν νέα, κᾂν ἄλογα παντάπασιν ᾖ, προνοεῖται τῆς τοῦ γένους διαμονῆς, ὥσπερ εἰ καὶ τελέως ἦν σοφά. γινώσκουσα γὰρ, ὡς οἶμαι, τὴν οὐσίαν, ἐξ ἧς ἐδημιούργησεν αὐτὰ, μὴ προσιεμένην ἀκριβῆ σοφίαν, ἀντὶ ταύτης ἔδωκεν αὐτοῖς ὃ μόνον ἠδύνατο λαβεῖν δέλεαρ εἰς σωτηρίαν τε καὶ φυλακὴν τοῦ γένους, ἡδονὴν σφοδροτάτην τῇ χρήσει τῶν μορίων συνάψασα.

artem invenit, quo modo in demortui animalis locum novum aliud fufficiat. Quae igitur fit haec ars tum in aliis omnibus, tum autem in homine, ut nullum animalis genus pereat, fed incolume femper maneat atque immortale, fermo hic docere promittit, hinc initium fumens. Omnibus animalibus natura concipiendi inftrumenta tribuit, ipfisque inftrumentis eximiam quandam vim voluptatis effectricem; animae vero ipfis ufurae incredibilem quandam atque ineffabilem utendi cupiditatem conjunxit, a qua animalia incitata ac ftimulata, etiamfi mentis ac rationis expertia aetateque tenera mentis fint, provident tamen non fecus, ac fi effent prudentiffima, ut genus fuum fit fuperftes. Quum enim (ut ego arbitror) non ignoraret, fubftantiam, ex qua animalia eft molita, perfectam fapientiam non admittere, pro ea, quod folum recipere ipfa poterant, id eis eft largita, efcam fcilicet atque illecebram ad falutem generis ac confervationem, incredibilem voluptatem ufui partium conjungens.

Ed. Chart. IV. [633.] Ed. Baf. I. (520.)

Κεφ. γ'. Πρῶτον μὲν δὴ τοῦτ' αὐτῆς τὸ σόφισμα θαυμάζειν ἄξιον, ἐφεξῆς δὲ τῶν ὀργάνων τὴν κατασκευὴν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν ἑκάστῳ ζώῳ δοθεῖσαν. καί σοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων εἴη ποτὲ καὶ παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι, τὰ λείποντα τοῖς ὑπ' Ἀριστοτέλους εἰρημένοις προστιθέντων. ἀνθρώπῳ δὲ (τούτου γὰρ ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἐνεστήσατο τὴν κατασκευὴν ἐξηγεῖσθαι) πρώτη μὲν ἡ τῶν αἰδοίων φύσις πρόδηλος καὶ πᾶσι γνώριμος, εἰς ὅσον τῆς χρείας ἐστόχασται, καὶ θέσιν ἐπιτήδειον λαβοῦσα, καὶ μέγεθος, καὶ σχῆμα, καὶ τὴν ὅλην διάπλασιν. ἑξῆς δὲ καὶ τῶν ἐν βάθει κατακεκρυμμένων ὀργάνων, ἃ διὰ τῆς ἀνατομῆς ἐφωράθη, μαθὼν ἑκάστου τὴν χρείαν, οἶδ' ὅτι θαυμάσεις τὴν δημιουργὸν αὐτῶν τέχνην. ἐν μὲν γὰρ τῷ θήλει γένει τὰς ὑστέρας ὑπέθηκε τῇ γαστρὶ, χώραν ταύτην ἀρίστην ἐξευροῦσα πρός τε τὴν ἀφροδίσιον ὁμιλίαν καὶ πρὸς τὴν τοῦ σπέρματος ὑποδοχὴν, καὶ πρὸς ἔτι τήν τε τοῦ κυήματος αὔξησιν καὶ τὴν τοῦ τελεωθέντος ἀποκύησιν. οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροις ἐπιτη-

Cap. III. In primis igitur id naturae commentum eft admirabile; fecundo autem loco inftrumentorum conftructio, quam cuique animali dedit corporis ipfius formae convenientem. Porro quod ad caetera animantia pertinet, licebit tibi aliquando a nobis difcere, cum ea, quae Ariftoteles praetermifit, adjiciemus. In homine vero (hujus enim conftructionem initio fufcepimus exponendam) prima quidem pudendorum natura quam fit ad fuum ufum appofita, nemo ignorat, nam et pofitionem habet accommodam, et magnitudinem, et figuram, ac totam denique conformationem; poft autem et cum inftrumentorum cujusque in profundo conditorum (quae per anatomen funt animadverfa) ufum didiceris, certo fcio, quod artem, quae ipfa condidit, admiraberis. In foemineo enim genere matrices ventri fubjecit, qui locus eft tum ad ufum venereorum, tum ad fperma recipiendum, et praeterea ad foetus incrementum, et perfecti enixum opportuniffimus. Neque enim locum ullum in

δειότερον ἕτερον χωρίον ἐν ἅπαντι τοῦ ζώου τῷ σώματι πρὸς οὐδὲν τῶν εἰρημένων, ἀλλ᾽ εἴς τε τὴν συνουσίαν ἄριστον τοῦτο, πόῤῥω τῶν κατὰ τὸ πρόσωπον ὀργάνων ἀπῳκισμένον, καὶ πρὸς τὴν τοῦ κυήματος αὔξησιν ἐγκαιρότατον, ἐπὶ πλεῖστον ἀλύπως διαστέλλεσθαι πεφυκὸς, εἴς τε τοὺς τόκους χρηστότατον, ὡς ἂν εἰς τὰ κάτω τε καὶ πρὸς τὰ σκέλη τῆς ἐξόδου τῷ κυηθέντι ῥᾴον ἐσομένης. ὁ γάρ τοι τῶν ὑστερῶν αὐχὴν, ὃν ὁδὸν εἴσω μὲν τοῦ σπέρματος, ἔξωθεν δὲ τοῦ τελεωθέντος ἐμβρύου παρεσκεύασεν ἡ φύσις, εἰς τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον τελευτᾷ, μεμυκὼς μὲν, ἐπειδὰν κύῃ τὸ ζῶον, οὕτως ἀκριβῶς, ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον ἢ ἔσωθεν ἔξω χαλᾶν, ἢ ἔξωθεν ἔσω παραδέχεσθαι, διοιγόμενος δὲ καὶ τεινόμενος ἐν ταῖς συνουσίαις εἰς τοσοῦτον, ὡς δι᾽ εὐρείας ὁδοῦ φερόμενον τὸ σπέρμα ῥᾳδίως ἐφικνεῖσθαι τοῦ κύτους τῶν ὑστερῶν, ἐν δὲ δὴ τοῖς τόκοις ἐπὶ πλεῖστον διϊστάμενος, ὡς ὅλον ταύτῃ διέρχεσθαι τὸ ἔμβρυον. εὐλόγως τε οὖν νευρώδης ἅμα καὶ σκληρὸς ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο· [634] νευρώδης μὲν, ἵνα ἐπὶ πλεῖστον ἐν μέρει

toto animalis corpore invenias ad quidvis praedictorum accommodatiorem; ſed hic tum ad coitum eſt optimus, quod longe ab inſtrumentis, quae faciei inſunt, ſit diſſitus, tum ad foetus augmentum opportuniſſimus, quod poſſit ſine moleſtia diſtendi plurimum, tum ad partus utiliſſimus, quod ad inferiora et ad crura exitus foetui ſit futurus facilior. Quandoquidem matricum collum (quod iter ſpermati quidem intro, foetui vero jam perfecto extra natura ante munivit) in pudendum muliebre deſinit, quod, quum animal concepit, clauditur ad unguem adeo, ut ne minimum quidem aut intus foras laxet, aut foris intro recipiat. Quod in coitu eo usque patet ac tenditur, ut ſemen per latam viam progrediens facile in matricum ſinum perveniat; in partu vero plurimum diſtenditur, ſic ut totus foetus ea via permeet. Non igitur immerito factum a natura eſt nervoſum ac durum; nervoſum quidem, ut plurimum viciſſim contra-

διαστέλλοιτό τε καὶ συστέλλοιτο, σκληρὸς δὲ, ὅπως μήτ᾽ ἐν ταῖς τοιαύταις τι πάσχοι μεταβολαῖς, ἐξευθύνοιτό τε κατὰ τὴν τοῦ σπέρματος ὑποδοχήν. εἰ γὰρ δὴ διὰ μαλακότητα καταπίπτων ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἕλικάς τινας ἐποιεῖτο καὶ καμπὰς, ἐκωλύετο ἂν ὑπὸ τῶνδε ταχέως ἐξικνεῖσθαι πρὸς τοὺς κόλπους τῶν ὑστερῶν τὸ σπέρμα, κᾂν τούτῳ διεκρίνετ᾽ ἂν ἀπ᾽ ἀλλήλων ἥ θ᾽ ὑγρότης καὶ τὸ πνεῦμα, καίτοι δεόμενα συνεῖναι, τὸ μὲν ὡς ἀρχὴ κινητικὴ, τὸ δ᾽ ὡς ἐπιτήδειος ὕλη πρὸς ἐμβρύων ζώων γένεσιν. οὐ γὰρ δὴ τό γ᾽ αἷμα τὸ καταμήνιον ἡ πρώτη καὶ (521) οἰκεία πρὸς τὴν τοῦ ζώου γένεσιν ὕλη, καθάπερ ἐπιδέδεικται δι᾽ ἑτέρων. ἀλλ᾽ ὅταν ὑπὸ τοῦ συμφύτου πνεύματος ἡ τοῦ σπέρματος ὑγρότης φερομένη τοῖς τῶν ὑστερῶν ἐμπέσῃ χιτῶσιν, ὡς ἂν αὐτή τε γλίσχρος ὑπάρχουσα καὶ τραχέσιν ὁμιλοῦσα σώμασι δίκην ἀλοιφῆς κολλᾶται. κᾀντεῦθεν ἤδη μιᾷ ῥοπῇ καιροῦ πολλὰ γίνεται θαυμαστὰ τῆς φύσεως ἔργα περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ ζώου γενέσεως. αὐτὰς μὲν συσταλῆναι τὰς μήτρας ὅτι τάχιστα περὶ τὸ σπέρμα συμβαίνει, μῦσαι δὲ συμπαντά τε τὸν αὐχένα

hatur ac dilatetur; durum autem, ne quid in ejusmodi mutationibus afficiatur et ad ſperma excipiendum dirigatur. Nam ſi prae mollitie in ſe ipſum concidens plexus quosdam ac flexus efficeret, ab iis ſemen prohiberetur, quo minus ad ſinus matricum celeriter perveniret, atque in eo humor ac ſpiritus a ſeſe ſepararentur, quum tamen coire ipſa ſit neceſſe, hunc quidem, ut motus principium, illum autem, ut materiam ad foetuum generationem appoſitam. Non enim ſanguis quidem menſtruus prima ac propria eſt gignendi animalis materia, quemadmodum alibi demonſtravimus: ſed quum ſeminis humiditas a ſpiritu inſito incitata in matricum tunicas inciderit, quum ipſa ſit viſcoſa corporibusque aſperis ſe alligaverit, non ſecus ac pinguedo facile agglutinatur. Atque inde uno temporis momento multa ſiunt eaque admirabilia naturae circa animalis generationis principium opera. Nam matrix ipſa quam celerrime ſemini undique

καὶ μάλιστα τὸ ἐντὸς στόμιον αὐτοῦ, τὴν δ᾽ ὑπαλείφουσαν ὑγρότητα τὰς τραχύτητας τῶν ὑστερῶν, ὑπὸ τὴν ἐντὸς ἅπασαν ἐπιφάνειαν αὐτῶν ταθεῖσαν, ὑμένα λεπτὸν γενέσθαι, ἐν τούτῳ δ᾽ ἤδη πανταχόθεν ἀκριβῶς φρουρούμενον τὸ πνεῦμα μήτε διϊπτάμενον οἴχεσθαι καὶ τῶν κινήσεων ἀπάρξασθαι τῶν φυσικῶν, ἕλκον μὲν εἰς τὰς μήτρας διὰ τῶν καθηκουσῶν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν ἰκμάδα λεπτὴν, ἐξομοιοῦν δὲ ταύτην ταῖς ὑγρότησιν, αἷς ἐνδέεται, καὶ πάχος ηδη τι καὶ πλῆθος αὐταῖς παρασκευάζον. εἰ δέ γε μὴ διὰ ταχέων ἐνέπιπτε τοῖς κόλποις τῶν ὑστερῶν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μεταξύ τις ἐγένετο διατριβὴ, κενὸν ἔφθανεν ἂν, ἅτε μικρομερὲς ὑπάρχον καὶ κοῦφον, ἐκπίπτειν τε τῆς ὑγρότητος, ἀπόλλυσθαί τε διαπνεόμενον. ὅπως δὲ μηδέν τι τοιοῦτον γίγνοιτο, τὸν αὐχένα τῶν μητρῶν ἡ φύσις ἐδημιούργησε μετρίως σκληρὸν, ὡς ἐν τῇ τοῦ σπέρματος εἴσω φορᾷ τεινόμενόν τε ἅμα καὶ διαστελλόμενον ἐξευθύνεσθαι καὶ ἀνευρύνεσθαι τοσοῦτον, ὅσον ἐπιτήδειον ἔμελλεν ἔσεσθαι πρός τε τὴν ἀκώλυτον ὁδὸν τοῦ σπέρματος καὶ τὴν ἐπὶ τῷδε σύμπτωσιν

adhaeret; collum autem totum connivet, et ejus maxime internum orificium; qui vero humor matricis asperitates illinit, toti superficiei internae subtensus, membrana tenuis efficitur. Interea autem spiritus undique ad unguem retentus non elabitur, motusque naturales primus orditur; nam et humiditatem quidem tenuem e venis et arteriis pertingentibus in matrices attrahit, et eam similem humoribus, quibus ipse occurrit, reddit, crassitiemque quandam ac copiam jam tum ipsis apparat. Quod si non repente in sinus matricis incideret, sed in itinere aliquantum moraretur, exinaniretur statim, atque ab humore excideret, et expirando evolaret, ut qui exiguus est ac levis. Ut autem nihil tale accideret, natura collum matricis durum mediocriter effecit, ut, quum semen intro fertur, tensum simul ac dilatatum eo usque dirigatur ac dilatetur, quoad satis esset semini sine impedimento ferendo et post ipsius ingressum claudendo

Ed. Chart. IV. [634.] Ed. Baf. I. (521.)

τοῦ στόματος. εἰ δέ γ' ἀμετρότερον ἦν σκληρὸς, εὐθύνετο μὲν ἂν ῥᾳδίως, οὐκ ἂν δὲ εὐκόλως τε καὶ ταχέως συνέπιπτεν, ὥσπερ, εἰ καὶ μαλακώτερος, ἢ ἔστιν, ὑπῆρχεν, ἑτοιμότερον μὲν ἂν εἰς ἑαυτὸν ὅλος ἠδύνατο συνιζάνειν, εὐθύνεσθαι δὲ καὶ διατείνεσθαι καὶ διευρύνεσθαι χαλεπὸν ἦν αὐτῷ. πρὸς οὖν ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἐναντίας οὔσας ἐξ ἐναντίων ποιοτήτων αὐτὸν ἐκεράσατο δικαίῳ μέτρῳ, σκληρότητος μὲν νείμασα τοσοῦτον, ὅσον εὐρύτητά τε ἅμα καὶ εὐθύτητα παρέξειν αὐτῷ σύμμετρον ἔμελλεν ἔσεσθαι ἐν ταῖς τοῦ σπέρματος ὑποδοχαῖς, μαλακότητα δ' αὐτῇ κεράσασα τοσαύτην, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἑτοίμως δύνασθαι διαστέλλεσθαί τε καὶ συστέλλεσθαι. μὴ τοίνυν ἔτι θαύμαζε, ἢ ἐν ταῖς τῶν ζώων διαιρέσεσι θεώμενος, ἢ παρ' Ἡροφίλῳ γεγραμμένον ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀνατομικῶν ευρίσκων, ὡς ὁ τῶν ὑστερῶν αὐχὴν διέστραπταί τε καὶ σκολιός ἐστι κατὰ τὸν λοιπὸν ἅπαντα χρόνον, ἐν ᾧ μήτ' εἴσω φέρεται τὸ σπέρμα, μήτ' ἔξω τὸ ἔμβρυον· ἕπεται γὰρ τοῦτο τῇ προειρημένῃ κατασκευῇ, συμμέτρως ἐχούσῃ μαλακότητός τε καὶ σκληρότητος.

orificio. Quod fi jufto effet durius, facile quidem dirigeretur, non tamen facile ac celeriter concideret, quemadmodum, fi effet, quam nunc eft, mollius, citius in fe ipfum concidere totum quidem poffet, dirigi tamen ac tendi atque dilatari ipfi effet difficile. Ad utrosque igitur ufus quanquam contrarios ex contrariis qualitatibus natura ipfum jufto modo temperavit, tantum ipfi duritiei tribuens, quantam latitudinem fimul ac rectitudinem tribuit, ut effet ad femen recipiendum commoderatum, mollitiem vero tantam ei mifcens, ut facile dilatari poffet plurimum ac contrahi. Ne igitur amplius mireris, quum aut in animalibus diffecandis intueris, aut fcriptum ab Herophilo aut alio quopiam anatomicorum reperis, collum matricum omni alio tempore effe contortum atque obliquum, quo fcilicet neque femen intro fertur, neque embryon extra; id enim conftructioni praedictae eft confentaneum, quae fe habet in molli-

εἰ μὲν γὰρ ἀμέτρως σκληρὸς ἦν ὁ τῶν μητρῶν αὐχὴν, οὐκ ἂν ἐν τῷ συστέλλεσθαι διεστρέφετο· νῦν δ᾽, ἐπειδὴ βέλτιον ἦν αὐτὸν εἰς ἱκανὸν ἥχθαι μαλακότητος, ὅταν ἀφεθεὶς τῆς τάσεως εἰς αὐτὸν συνίζηται, ῥυτίδας τινὰς ἐξ ἀνάγκης καὶ καμπὰς καὶ διαστροφὰς ἐπικτᾶται, καὶ τοῦτ᾽ εἰς τὸ μὴ καταψύχεσθαι τὰ [635] κατὰ τὰς μήτρας μεγάλως συντελεῖ. καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἔν τε ταῖς ἐφ᾽ ἑκάστῳ μηνὶ καθάρσεσι καὶ τοῖς τόκοις αἱ γυναῖκες μάλιστα ψύχονται, τηνικαῦτα γὰρ εὐθύς τε γίνεται καὶ ἀναπεπταμένος ὁ στόμαχος τῶν ὑστερῶν. εἴπερ οὖν διὰ παντὸς ὁμοίως εἶχε, διὰ παντὸς ἂν ὁμοίως κατεψύχοντο.

Κεφ. δ'. Τοῦτον μὲν οὖν ἕνα, τὸ δὲ κύτος τῶν ὑστερῶν οὐχ ἓν ἡ φύσις ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ἐν μὲν ταῖς ὑσὶ καὶ ἄλλοις τισὶ πλείω κυΐσκεσθαι δεομένοις παμπόλλους κόλπους ἐδημιούργησεν, ἀνθρώπῳ δὲ καὶ τοῖς ὁμοίοις, ὥσπερ ὅλον ἐστὶ τὸ σῶμα δίδυμον ἀριστεροῖς τε καὶ δεξιοῖς, οὕτω καὶ τῆς ὑστέρας κόλπος, ὁ μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς, ὁ δ᾽ ἐν

tie ac duritie mediocriter. Quandoquidem, fi, quam fat eft, matricum collum effet durius, haudquaquam, dum fefe contrahit, contorqueretur; nunc autem, quum ipfum molle etiam fatis effici praeftiterit, quando is laxatus jam in fe ipfum confidet, rugas nonnullas ac flexus et contorfiones habeat eft neceffe; quod, ne, quae in matrice habentur, refrigerentur, multum habet momenti. Caufa enim, cur in menftruis purgationibus ac partubus mulieres maxime refrigerentur, eft, quod tunc matricum collum fit rectum atque apertum; quod fi fimiliter femper haberet, fimiliter etiam femper refrigerarentur.

Cap. IV. At collum hoc unicum, matricis vero capacitatem natura non fecit unam; fed in fuibus quidem atque aliis quibusdam, quae multos foetus utero geftare eft neceffe, conceptacula fecit quam plurima; in homine vero atque ejusmodi, quemadmodum corpus totum dextris ac finiftris eft geminum, ita et matricis finus, alter quidem in dextris, alter vero in finiftris eft.

Ed. Chart. IV. [635.] Ed. Baſ. I. (521.)

τοῖς ἀριστεροῖς τέτακται. προνοουμένη γὰρ ἡ φύσις, ὅπως ἂν μὴ ζώου τι γένος ἀφανισθείη μηδενὸς, ὅσα διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν ἤτοι βραχυχρόνια τελέως ἢ βορὰ τοῖς ἰσχυροτέροις ἔμελλε γενήσεσθαι, τούτοις ἅπασαν ἴαμα τῆς συνεχοῦς φθορᾶς ἐξεῦρε τὴν πολυγονίαν. ἔστι μὲν δὴ καὶ τοῦτο θαυμαστὸν ἔργον τῆς φύσεως, ἁπάντων δ᾽ ἂν οἶδ᾽ ὅτι θαυμάτων ἐπέκεινά σοι δόξειεν ἥκειν τὸ πλῆθος τῶν κόλπων, ἰσάριθμον γενόμενον τοῖς τιτθοῖς. οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἐγχωρεῖ λέγειν ἐνταῦθα τοῖς σοφισταῖς, ὡς ἄλογος αἰτία καὶ τύχη τις ἄτεχνος ἀνθρώποις μὲν δύο τῶν μητρῶν τοὺς κόλπους ἐδημιούργησε, παμπόλλους δὲ ταῖς ὑσί· τὸ γὰρ, ὅσος ἐκείνων ὁ ἀριθμὸς, τοσοῦτον γενέσθαι καὶ τῶν τιτθῶν ἀπάγει τὴν γνώμην τῆς αὐτομάτου γενέσεως. εἰ δὲ δὴ καὶ κατ᾽ ἄνθρωπον καὶ σὺν οὕτως εἶχε κατὰ τύχην, ἀλλά τό γε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι ζώοις ἴσον ἀεὶ τὸν ἀριθμὸν τοῖς τιτθοῖς γίνεσθαι, τοῦτ᾽ οὐκέτ᾽ ἂν οὐδὲ τοῖς ἀναισχυντοτάτοις ἄνευ προνοίας ἀποτελεῖσθαι δόξειεν, εἰ μὴ καὶ τελέως ἀναίσχυντοι τύχοιεν ὑπάρχοντες· εἰ μή γε τὸ τηνικαῦτα τοῖς

locatus. Natura enim providens, ne quod animalis genus periret, quae quidem propter corporis imbecillitatem aut vivere vitam omnino breviſſimam debebant, aut erant futura eſca fortioribus, iis omnibus aſſidui interitus remedium excogitavit, foecundam ſcilicet generationem. Eſt certe hoc opus naturae admirabile; omnem tamen, certo ſcio, ſuperabit admirationem ſinuum numerus, quem natura mammillis fecit aequalem. Nec eſt quod ſophiſtae hîc dicant, cauſam hîc nullam eſſe, ſed fortunam quandam imperitam nullo artificio hominibus quidem duos matricum ſinus, ſuibus vero quam plurimos effeciſſe; quod enim tot ſint mammae, quot ſinus, id mentem noſtram debet a temerario ortu revocare. Quod ſi in homine ac ſue fortuna dominatur, ſaltem quod in aliis omnibus animalibus foetuum numerus uberibus ſit aequabilis, id haudquaquam ne impudentiſſimis quidem ſine providentia fieri videbitur, niſi impudentiſſimi ſint omnino; niſi etiam, quod mammis lac tunc accedit, quo

τιτθοῖς ἐπιγίνεσθαι τὸ γάλα, καθ' ὃ μάλιστα τέλειον ἤδη τὸ κύημά ἐστι, καὶ δὴ καὶ τοῦτο τύχης τινὸς ἀλόγου νομίζουσιν ἔργον, οὐ τέχνης θαυμαστῆς ὑπάρχειν ἐπίδειγμα. καὶ μὴν, εἰ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τοῦτό γε μόνον ἱκανόν ἐστιν ἐπιστρέψαι τὴν διάνοιαν, ὡς τεχνικῶς ἀπειργασμένον. μαλακὸν γὰρ ἔτι καὶ ἀσθενὲς ὂν ἕκαστον τῶν ἀποκυηθέντων ζώων ἀδύνατον ἦν δήπου πέττειν ἤδη σιτία στερεά. διὰ τοῦτ' οὖν ἡ φύσις ὥσπερ ἔτι κυουμένῳ τὴν ἐκ τῆς μητρὸς αὐτῷ τροφὴν παρεσκεύασεν. ὅσοις δὲ τῶν ζώων ὑπὸ ξηρότητος τοῦ σώματος οὐχ οἷόν τ' ἦν ὑγρὸν ὑποθρέψαι περίττωμα, καθάπερ ἅπασι τοῖς πτηνοῖς, ἕτερον ἐν τούτοις τι τῆς ἀνατροφῆς τῶν ἐκγόνων ἐπετεχνήσατο σόφισμα, θαυμαστὴν κηδεμονίαν εἰς αὐτὰ τῶν γενομένων συνάψασα, δι' ἣν ὑπερμαχεῖ τε ἅμα τῶν νεοττῶν, ἀνθίστασθαι τολμῶντα ζώοις ἀλκίμοις, ἃ πρότερον ὑπέφυγεν, καὶ τροφὰς ἐπιτηδείους αὐτοῖς ἐκπορίζει. τὴν μὲν οὖν εἰς ἅπαντα τὰ μόρια πρόνοιαν τῆς φύσεως εἴη ποτὲ καὶ αὖθις ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὴν διελθεῖν. ὁ δ' ἄνθρωπος (ἐπὶ τοῦτον γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος

tempore foetus jam plane eſt abſolutus, id dementi cuipiam fortunae, non arti eximiae, ferant acceptum; quod ſi aliud nihil, id tamen ſolum cuivis perſuadere queat factum fuiſſe artificioſe; quum enim tenera adhuc ſint atque imbecilla recens nata animalia, edulia ſolida nondum poſſunt conficere; ob eam igitur cauſam natura perinde, ac ſi utero adhuc gererentur, alimentum ex matre ipſis comparavit. Quibus vero animalibus propter corporis ſiccitatem humor ſuperfluus ſubnutriri non poterat, ut volucribus omnibus, iis natura novam quandam pullos educandi rationem excogitavit; ipſis enim praecipuum quendam amorem in ea, quae procrearunt, ingeneravit, quo impulſa bellum pro pullis cum ferocibus animalibus, quae ante declinabant, intrepide ſuſcipiunt, victumque ipſis convenientem ſuppeditant. Quod autem ad aliorum animalium partes omnes attinet, quanta in eis naturae ſit providentia, olim ſeorſum explicabimus: homo vero (de eo enim ſermo ab initio nobis eſt inſti-

Ed. Chart. IV. [635. 636.] Ed. Baf. I. (521.)

ὥρμηται, τά τ᾽ ἄλλα μόρια τοῦ σώματος ἅπαντα θαυμαστῶς ἐδείχθη κατεσκευασμένος, ἀτὰρ οὐδὲ τὰ περὶ τὴν γένεσιν ἀπολείπεται τῶν ἄλλων. ὥσπερ γὰρ αἱ μῆτραι δύο γεγόνασι ταῖς γυναιξὶν, εἰς ἕνα περαίνουσαι τράχηλον, οὕτω καὶ τιτθοὶ δύο, τῆς καθ᾽ ἑαυτὸν ἑκατέρας μήτρας οἷον ὑπηρέτης τις ἀγαθός. οὕτως γοῦν καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγε· *Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένηται δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον* [636] *ἐκτιτρώσκει καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν, ἢν δ᾽ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.* οὗτος γὰρ ὁ λόγος ἐκείνῳ συνᾴδει· *Ἔμβρυα τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον.* οἶδα μὲν οὖν ἐφαπτόμενος οὐ σμικροῦ λόγου, γινώσκω δὲ καὶ ὡς οὐκ ἔστιν οἷόν τε καλῶς ἐξηγήσασθαι τῶν γεννητικῶν μορίων τὰς χρείας ἄνευ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν. ἐδείχθη γάρ μοι καὶ κατ᾽ ἀρχὰς τοῦδε τοῦ λόγου παντὸς, ὡς οὐκ ἐνδέχεται τὰς χρείας ἐξευρεῖν ἑκάστου τῶν καθ᾽ ἕκαστον ὄργανον μορίων ἄνευ τοῦ γνῶναι τὴν ἐνέργειαν. ὥσπερ οὖν ἐν ἅπασι τοῖς ἔμπροσθεν, ὑποθέσεις τοῖς ἐνεστηκόσι λόγοις

tutus) quum partes alias omnes corporis mirabili quadam arte haberet (ut probavimus) conftructas, quae tamen ad generationem pertinent, nulla in re illis funt inferiores; ut enim matrices duae mulieribus funt factae in unum collum definentes, ita et ubera duo, utrumque fuae matrici inftar boni cujusdam fervi fubferviens. Unde Hippocrates ait: *Mulieri utero gerenti fi mammarum altera gracilis evadat gemellos ferenti, ipfa alterum abortu edit; et fi dextra quidem gracilefcat, mafculum, fin vero finiftra, foeminam.* Quod Hippocratis dictum illi eft confonum: *Foetus mares quidem in dextris, foeminae autem in finiftris funt magis.* Non me praeterit, quantam difputationem attingam, neque fieri poffe, ut quis partium genitalium ufus fine actionibus naturalibus fatis exponat; nam jam inde ab initio totius difputationis demonftravimus, neminem ufus fingularum inftrumenti partium poffe invenire, nifi cognitam prius habeat actionem. Quemadmodum igitur toto praecedenti fermone

Ed. Chart. IV. [636.] Ed. Baſ. I. (521. 522.)

τὰ δι' ἑτέρων ἀποδεδειγμένα ποιούμενοι, τὰς χρείας τῶν μορίων ἐξηγησάμεθα, καὶ νῦν οὕτω δράσομεν. ὅτι μὲν γὰρ ἐν τῇ δεξιᾷ μήτρᾳ σπανίως εὑρίσκεταί ποτε θῆλυ περιεχόμενον ἔμβρυον, ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς ἐπὶ πλέον (522) εἴρηται· φαίνεται δ' ἐναργῶς ὁσημέραι καὶ ἡ τῶν τιτθῶν πρὸς τὰς μήτρας κοινωνία κατά τε τὰς φθορὰς τῶν ἐμβρύων, περὶ ὧν Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδασκε, καὶ πρὸ τούτων ἔτι κατὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ ζώου. μικροὶ μὲν γὰρ αὐξανομένων ὁμοίως ταῖς μήτραις εἰσὶ, τελειωθέντων δὲ καὶ τὴν τοῦ γεννᾷν ὥραν ἀπολαβόντων, συνεξαίρονται ταῖς ὑστέραις ἄχρι τοῦ προσήκοντος μεγέθους, ἐν ᾧ καταστάντων ἀμφοῖν τῶν ὀργάνων, ὑποδέξασθαι μὲν τὸ σπέρμα καὶ τελεῶσαι τὸ κύημα τῶν ὑστερῶν ἔργον, ἐκθρέψαι δὲ τὸ γεγεννημένον ἤδη τῶν τιτθῶν. εἰ γὰρ δὴ ταῖς διαιρέσεσι τῶν ζώων προσέχοις τὸν νοῦν, ἐπὶ μὲν τῶν ἔτι αὐξανομένων ὄψει τὰς κύστεις πολὺ μείζους τῶν μητρῶν, ἐπὶ δὲ τῶν ἤδη τετελειωμένων τὰς μήτρας τῶν κύστεων.

hypotheſes propoſito, quod tractabamus, ea, quae alibi fuerunt demonſtrata, fecimus, tum autem partium uſus expoſuimus, ita nunc quoque faciemus. Nam quod in dextra matrice foemineus foetus raro contineri inveniatur, in libris de anatome Hippocratis copioſe dictum a nobis fuit. Apparet autem perſpicue quotidie mammarum cum matricibus communio, non modo cum foetus intereunt, de quibus Hippocrates nos docuit, verum etiam ante id, cum adhuc animal ſe habet ſecundum naturam. Exiguae porro, dum animalia augentur, ſunt mammae, quomodo et matrices; quum autem perfecta fuerint, et pariendi tempus inſtiterit, ſimul cum matricibus, quod ſatis eſt, intumeſcunt; quod cum utrique inſtrumento acceſſerit, matricis quidem partes ſunt ſperma recipere et foetum perficere, mammarum vero, quod jam eſt natum, educare. Quod ſi animalia attentius diſſecueris, reperias in iis quidem, quae adhuc augentur, veſicas multo matricibus eſſe majores, in perfectis autem matrices veſicis;

ἡ μὲν γὰρ κύστις ἀνάλογον ἅπασι τοῖς ἄλλοις αὐξάνεται μορίοις, ὡς ἂν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπηρεσίαν ἁπάσαις ταῖς ἡλικίαις παρεχομένη. τὸ δὲ τῶν μητρῶν ἔργον οὔτ᾽ αὐξανομένων ἔτι τῶν ζώων, οὔτε ἤδη γεγηρακότων, ἐγχωρεῖ γίνεσθαι καλῶς, εἴ γε δὴ τροφῆς χρηστῆς περιττευούσης χρεία τοῖς κυουμένοις ἐστὶν, ἣν ἐν μόνοις τοῖς ἀκμάζουσι ζώοις οἷόν τε περιττεύειν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς παρηβῶσιν ἀῤῥωστίᾳ τῆς δυνάμεως οὐκ ἐκπέπτεται καλῶς, ὥστε ἀγαπητὸν αὐτοῖς, εἰ πρὸς τὴν ἰδίαν χρείαν αὐτάρκως παρεσκεύασται· ἐν δ᾽ αὖ τοῖς αὐξομένοις ἡ μὲν δύναμις ἰσχυρὰ, καὶ διὰ ταύτην ἡ πεπεμμένη τε καὶ χρηστὴ τροφὴ πλείστη, δεομένοις δ᾽ εἰς δύο ἐνεργείας αὐτῇ καταχρῆσθαι, θρέψιν τε καὶ αὔξησιν, οὐδὲν ἀπολείπει περιττόν. ἐν μόνοις οὖν τοῖς ἀκμάζουσιν, ὡς ἂν καὶ τῆς αὐξήσεως ἤδη πεπαυμένης, καὶ τῆς δυνάμεως ἔτι ἐῤῥωμένης, ἡ τῆς χρηστῆς τροφῆς περιουσία δαψιλής ἐστι. καὶ διὰ τοῦθ᾽ ἡ φύσις ἐν μὲν τούτοις τοῖς ζώοις μεγίστας ἀπεργάζεται τὰς ὑστέρας,

veſica enim proportione omnium aliarum partium augetur, ut quae omnibus aetatibus aequaliter ſerviat; matrix vero, neque dum augentur adhuc animalia, neque quum jam conſenuerunt, rite actionem ſuam poteſt obire, ſiquidem alimenti benigni abundantis foetibus eſt uſus, cujusmodi in ſolis florentibus animalibus poteſt abundare. In declinantibus enim, quod vires ſint imbecillae, alimentum non rite concoquitur, quo ſit, ut cum illis bene agatur, ſi ad ſuum proprium uſum alimentum, quod ſatis ſit, poſſint comparare; in eis autem, quae augentur, valentes quidem ſunt vires, ob eamque cauſam alimentum benignum coquunt plurimum, quod quum duabus actionibus, nutritioni ſcilicet et auctioni, ſufficere oporteat, ſuperfluum nihil relinquit. In ſolis igitur aetate florentibus, ceu augeri jam deſinentibus et viribus adhuc valentibus, magna benigni alimenti eſt affluentia; quapropter natura in his quidem animalibus matrices efficit maximas, in imperfectis vero et eis, quae conſenuerunt,

ἐν δὲ τοῖς ἀτελέσι καὶ γεγηρακόσι σμικράς, ὅτι τοῖς μὲν εἰς τὰς κυήσεις ἀξιολόγου δεῖ μεγέθους, ἐν οἷς δ᾽ ἀργήσειν ἔμελλε, πάντάπασι περιττὸν τὸ μέγεθος.

Κεφ. ε΄. Ἆρ᾽ οὖν ταῦτα πάντα περί τε τοὺς τιτθοὺς γίνεται καὶ τὰς μήτρας, αὐτῶν τῶν ὀργάνων ἃ χρὴ πράττειν εἰδότων ἐκ λογισμοῦ τινος; ἢ οὕτω μὲν οὐδ᾽ ὄργανα μείνειαν ἄν, ἀλλὰ λογικὰ γένοιτ᾽ ἂν ζῶα, καιρὸν καὶ μέτρον κινήσεως ἐπιστάμενα, προστεθείσης δ᾽ ἀνάγκης τινὸς αὐτοῖς ἐν τῇ κατασκευῇ φυσικῆς, εἰς τὰς εἰρημένας ἀγούσης κινήσεις, αὐτὰ μὲν [637] ὄργανά τε καὶ ζώου μόρια φυλαχθήσεται, τέχνην δὲ θαυμαστὴν ἐνδείξεται τοῦ δημιουργοῦ; ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς τῶν πλανωμένων ἀστέρων περιόδους μιμούμενοι, διά τινων ὀργάνων αὐτοῖς ἀρχὴν κινήσεως ἐνδόντες, αὐτοὶ μὲν ἀπαλλάττονται, τὰ δὲ, ὡς εἰ καὶ παρὼν ἔτυχε καὶ διὰ παντὸς ἐπιστάτης αὐτῶν ὁ δημιουργὸς, οὕτως ἐνεργεῖ, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ἕκαστον τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἀκολουθίᾳ τέ τινι καὶ διαδοχῇ κινήσεως ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐνεργεῖ, μέχρι παντὸς

exiles; quod illa quidem ad concipiendum magnitudinem habere oporteat commemorabilem, his vero, quod otiosa esset futura, magnitudo erat plane superflua.

Cap. V. Num igitur omnia haec in mammis ac matricibus fiunt, instrumentis ipsis quid agendum sit mente quadam providentibus? Hoc certe modo ne instrumenta quidem maneant, sed animalia sint mente praedita, ut quibus movendi tempus ac modus esset cognitus. Si vero naturalem quandam in ipsorum constructione addideris necessitatem, quae ad motus praedictos ipsa agat, instrumenta quidem jam et animalis partes servabuntur, artem vero mirabilem opificis prae se ferent. Quemadmodum enim, qui errantium astrorum periodos imitantur, simulatque per instrumenta quaedam motus principium ipsis tribuerint, ipsi quidem discedunt, illa vero non aliter, quam si ipsorum opifex semper adesset, agunt, ad eundem, opinor, modum singulae corporis partes motus continuitate quadam ac successione a primo principio assi-

οὐδενὸς ἐπιστάτου δεόμενον. ἡμεῖς δ᾽ εἰ καὶ μὴ σαφῶς ἐξηγήσασθαι πάντα δυνάμεθα τὰ τῆς φύσεως ἔργα, (δύσφραστα γὰρ ἱκανῶς ἐστι,) νοῆσαι γοῦν αὐτὰ πειρατέον ἅπαντα. καὶ πρῶτον μὲν τῆς τῶν τιτθῶν κοινωνίας πρὸς τὰς μήτρας ἐξευρεῖν τὴν αἰτίαν, ἔπειτα δὲ, διὰ τί τὰ μὲν ἄῤῥενα κατὰ τὸ δεξιὸν αὐτῶν κύτος ευρίσκεται, τὰ δὲ θήλεα κατὰ θάτερον, ἐξηγήσασθαι, καὶ περὶ τῆς τοῦ γάλακτος γενέσεως καὶ τοῦ συναύξεσθαί τε καὶ συμμειοῦσθαι τὰς μήτρας τοῖς τιτθοῖς, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων, οἷον μέν τι τὸ ἄῤῥεν ἐστὶ τὴν φύσιν, οἷον δὲ τὸ θῆλυ. τοῦτο γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ τὸ σκέμμα καθάπερ τις ἀρχὴ καὶ πηγὴ γενήσεσθαι τῆς τῶν ἄλλων εὑρέσεως. ὅτι μὲν οὖν ἀτελέστερον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, ὀρθῶς ὁ Ἀριστοτέλης ἐγίνωσκεν, οὐ μὴν ἐπὶ τὸ τέλος γ᾽ ἐξίκετο τοῦ λόγου παντὸς, ἀλλ᾽ αὐτὴν τὴν κεφαλὴν δοκεῖ μοι παραλιπεῖν, ἣν ἐγὼ νῦν προσθεῖναι πειράσομαι, τὰ μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου τε καλῶς ἀποδεδειγμένα καὶ πρὸς Ἱπποκράτους ἔτι πρότερον ὑποθέσεις

Κεφ. ιγ΄. Εὑρήσεις οὖν φλέβας μέν τινας (549) ἀρτηριῶν χωρὶς, ἀρτηρίαν δ᾽ οὐδεμίαν ἄνευ τῆς συζύγου αὐτῇ φλεβός. ἀκούειν δὲ χρὴ νῦν σύζυγον ἀρτηρίαν, οὐ τὴν ψαύουσαν, ἢ δι᾽ ὑμένων συναπτομένην, (ὑπάρχει μὲν γὰρ καὶ τοῦτο ταῖς πλείσταις,) ἀλλὰ τὴν ἕνεκα τῆς αὐτῆς χρείας γεγενημένην· ἴδε δὲ σαφέστερον ὃ λεγω κατ᾽ αὐτὴν τοῦ λόγου τὴν διέξοδον. ὥσπερ γὰρ ἡ ἐκ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἀρτηρία φυομένη πρέμνον τι τῶν καθ᾽ ὅλον ἐστὶ τὸ ζῶον ἀρτηριῶν, (ἅπασαι γοῦν ἀρτηρίαι ὡς ἐδείχθησαν ἀπ᾽ ἐκείνης πεφυκυῖαι,) τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπὸ τῆς κοίλης φλεβὸς αἱ καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον ἀποπεφύκασι φλέβες, [696] οἷον κλάδοι τινὲς ὡς ἀπὸ στελεχῶν· ταῖς δ᾽ οἷον ῥίζαις τῶν ἀρτηριῶν ταῖς εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομέναις ἐκ τῆς καρδίας ἀνάλογον αὖ πάλιν αἱ κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ τὸν σπλῆνα καὶ τὸ μεσεντέριον ἔχουσι φλέβες· αὐταῖς

potheſi illis utimur; quae tamen et ipſa viciſſim confirmant, nos ea, quae ad actionem pertinent, recte demonſtraſſe.

Cap. XIII. Invenias igitur venas quasdam ſine arteriis, ſed arteriam nullam ſine ſua conjuge vena. Intelligere autem hîc oportet arteriam conjugem, non eam, quae tangit aut quae per membranas eis eſt conjuncta, (ineſt enim id quoque plurimis,) ſed eam, quae propter eundem uſum extiterit. Intelliges autem planius quod dico in ipſa ſermonis enarratione. Quemadmodum enim arteria, quae ex ſiniſtro cordis ventriculo producitur, truncus eſt arteriarum, quae in toto ſunt animante; omnes enim arteriae (ut demonſtravimus) ab ea ducunt originem; eodem modo venae, quae in totum animantis *corpus* ſunt diffuſae, a vena cava ſunt exortae, velut rami quidam a trunco. Arteriis vero, quae a corde in pulmones ſunt diffiſſae, quae ſunt velut radices, proportione reſpondent eae venae, quae ſunt ad ventriculum, lienem, et meſenterium: iis autem arteriis, quae ſunt in

δὲ ταῖς κατὰ τὴν καρδίαν αἱ κατὰ τὸ ἧπαρ. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τῆς κοίλης φλεβὸς μερῶν τὸ μὲν ἐπὶ τὴν ῥάχιν καταφερόμενον ἀνάλογόν μοι νόει τῇ μείζονι μοίρᾳ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας τῇ κάτω φερομένῃ, τὸ δ᾽ ἐπὶ τὰς σφαγὰς ἀναφερόμενον τῇ μικροτέρᾳ· τὴν δ᾽ ἄλλην ἅπασαν νομὴν τὴν ἀπὸ τῶνδε, τὴν μὲν ταῖς ἀρτηρίαις παραφυομένην ὁμοίας ἔχεσθαι τέχνης ἧς ἐπ᾽ ἐκείνων ἐξήγημαι, τὴν δὲ καταμόνας ποτὲ γινομένην ἐν μὲν τῷ γένει τῆς τέχνης τε καὶ τοῦ σκοποῦ περιέχεσθαι τοῦ κατὰ τὰς ἀρτηρίας, ὑπαλλάττεσθαι δὲ διά τινας ἰδίας ἐξαιρέτους χρείας, ἃς ἐγὼ νῦν ἐξηγήσομαι.

Κεφ. ιδ'. Διένειμε τὰς φλέβας ἡ φύσις ἑκάστου τῶν μορίων ἄκρᾳ δικαιοσύνῃ, τοῖς μὲν ὁμογενέσι κατὰ μόνην τὴν τοῦ γένους διαφορὰν, τοῖς δ᾽ ἑτερογενέσιν ἀνάλογον τῷ πλήθει τῆς ἀποῤῥεούσης αὐτῶν οὐσίας, δι᾽ ἥν περ καὶ τρέφεσθαι δεῖται τὰ τῶν ζώων σώματα. ὡς, εἴ γε μηδὲν ἀπέῤῥει, μηδ᾽ ἐκενοῦτο, διὰ παντὸς δ᾽ ἔμενεν ἡ ἕξις αὐτῶν ἡ

corde, venae, quae ſunt in hepate, reſpondent. Atque etiam ex venae cavae partibus, quae deorſum ad ſpinam fertur, eam mihi intellige proportione reſpondere parti magnae arteriae majori, quae fertur deorſum, eam vero, quae ſurſum fertur ad jugulum, minori. Aliam vero omnem ab his diſtributionem, eam quidem, quae fertur penes arterias, pariter diviſionem habere arteriarum diviſioni reſpondentem, quam ego in arteriis expoſui eam vero, quae ſeorſum aliquando eſt ſejuncta, in genere quidem artis et ſcopi contineri, qui arteriis ineſt, diſſidere vero propter uſus quosdam peculiares atque eximios, quos ego nunc perſequar.

Cap. XIV. Natura partibus omnibus venas cum ſumma aequitate diſtribuit, iis quidem, quae ejusdem ſunt generis, pro ſolo generis diſcrimine, iis vero, quae diverſi ſunt generis, pro copia ſubſtantiae, quae ab ipſis deſluit, propter quam animantium corpora alimento indigent; quandoquidem, ſi nihil deſlueret neque vacuaretur, ſed ipſorum habitus idem perpetuo maneret, quid eſſet,

αὐτὴ, τίς μὲν ἂν ἦν τροφῆς χρεία, τίς δὲ γήρως ἢ θανάτου φόβος; ἐπεὶ τοίνυν τρέφεσθαι δεόμεθα, διότι κενούμεθα, τῷ πλήθει τῆς ἀποῤῥεούσης οὐσίας ἴσην εἶναι χρὴ τὴν τροφήν. ἀποῤῥεῖ δὲ πλεῖστον μὲν τῶν θερμῶν καὶ μαλακῶν σωμάτων, καὶ κινουμένων συνεχῶς ἢ σφοδρῶς, ἐλάχιστον δὲ τῶν ψυχρῶν, καὶ σκληρῶν, καὶ μετρίαις ἐνεργείαις ὑπηρετουμένων. ἡ μὲν γὰρ ψύξις πυκνοῖ, καὶ συνάγει, καὶ σφίγγει τὰ σώματα, καὶ κωλύει τὰς ἀποῤῥοίας, ἡ θερμασία δ᾽ ἔμπαλιν ἀραιοῖ, καὶ διαχεῖ, λεπτύνει τε καὶ διαφορεῖ. καὶ μὲν δὴ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἡ μὲν σκληροτέρα καὶ λιθώδης μόνιμός ἐστι καὶ δυσκίνητος· ἡ δ᾽ ὑγρὰ καὶ μαλακὴ ταχὺ μὲν ὑπὸ τῆς θερμασίας εἰς ἀτμοὺς ἀναλύεται, ταχὺ δ᾽ ἐξαπόλλυταί τε καὶ διαπνεῖται. πνεύμονι μὲν οὖν ἅπανθ᾽ ὑπάρχει τὰ πρὸς τὴν κένωσιν ἕτοιμα, μαλακώτατός τε γάρ ἐστι καὶ θερμότατος, ἐν κινήσει τε διηνεκεῖ. τοῖς δ᾽ ὀστοῖς ὥσπερ ἐκ διαμέτρου τἀναντία, καὶ γὰρ σκληρὰ, καὶ ψυχρὰ, καὶ τὸν πλείω τοῦ βίου χρόνον ἡσυχάζοντα.

quod alimentum appeterent, aut senectam aut mortem formidarent? Quum igitur nutriri corpora sit necesse, quod ea vacuentur, alimentum aequale sit oportet copiae ejus substantiae, quae defluit. Defluit autem plurimum quidem a calidis ac mollibus corporibus, et iis, quae moventur assidue aut vehementer; minimum autem a frigidis, et duris, et quae moderatas obeunt actiones. Frigus enim corpora densat, cogit, ac constringit, prohibetque substantiae defluvium; calor vero contra corpora rarefacit, liquat, tenuat, ac digerit. Quin etiam et quod ad substantiam ipsam attinet, quae durior quidem est et lapidea, permanens est, nec facile dissipatur; quae vero humida est ac mollis, celeriter quidem a calore in halitus resolvitur, eoque cito perit atque exhalat. Pulmoni igitur omnia insunt, quae ad celerem vacuationem pertinent, nam et mollissimus est et calidissimus, motuque agitatur perpetuo. Ossibus vero insunt velut ex diametro cum eo pugnantia, etenim frigida sunt, et dura, bonamque totius vitae partem quiescunt; ob eas certe

Ed. Chart. IV. [696. 697.] Ed. Baf. I. (549.)
ταῦτ᾽ ἄρα μόνιμός ἐστιν αὐτῶν καὶ δύσλυτος ἡ οὐσία. μὴ τοίνυν θαυμάζειν, εἰ τούτοις μὲν ἡ φύσις μικρὰς ἔνειμε φλέβας, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι σαφῶς, μηδ᾽ εἰ τὸ ζῶον ὑπάρχει μέγα, πνεύμονι δὲ μεγίστη φλὲψ ἐκ καρδίας ἐμπέφυκεν. ὥσπερ γὰρ τὰ ἄλλα δικαίως, οὕτω καὶ τοῦτ᾽ εἰργάσατο, τοσαύτην ἑκατέροις ἐπιπέμπουσα τροφὴν, ὅσης ἐτύγχανε χρῄζοντα. νυνὶ μὲν οὖν παρέβαλον ἀλλήλοις δύο μόρια, τὸ μὲν πλείστης, τὸ δ᾽ ἐλαχίστης τροφῆς δεόμενον. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτων ἐστὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα, τὰ μὲν μᾶλλον αὐτῶν, τὰ δ᾽ ἧττον ἐκκενούμενά τε καὶ τρέφεσθαι δεόμενα. τινὰ μὲν γὰρ, εἰ καὶ τὴν οὐσίαν ἐστὶ σκληρότερα, ὥσπερ καὶ ἡ καρδία, διὰ τὸ πλῆθος τῆς θερμασίας ἀναλίσκει πλείονα τροφήν· ἔνια δ᾽, εἰ καὶ μαλακώτερα, καθάπερ ἐγκέφαλος, ἧττον διαφορεῖται διὰ τὴν τῆς θερμασίας ἔνδειαν. [697] ἡ μὲν οὖν μεγίστη φλὲψ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὸ ζῶον ἐκπέφυκε τοῦ ἥπατος ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη, τό τε ἄνω τοῦ σώματος ἡμῶν καὶ τὸ

causas perdurat ipforum fubftantia, nec facile diffolvitur. Ne igitur mireris, fi iis quidem natura exiguas adeo tribuit venas, ut ne clare quidem appareant, etiamfi animal magnum fuerit, pulmoni vero vena maxima a corde eft inferta; ut enim alia jufte, ita hoc quoque fecit, tantum utrisque mittens alimentum, quanto indigebant. Nunc itaque duas partes inter fe comparavi, quarum altera quidem plurimo, altera vero pauciffimo eget alimento: in medio vero harum funt omnes aliae, quarum aliae quidem magis, aliae vero minus vacuantur, alimentoque indigent. Nonnullae autem tametfi fubftantia fint duriores, ut cor, tamen propter caloris nativi copiam alimentum copiofius confumunt; aliae vero, quanquam funt molliores, ut cerebrum, minus tamen ob caloris inopiam diffolvuntur. Vena igitur omnium maxima, quae animali infunt, ex hepate in utramque corporis noftri partem enafcitur, fuperiorem fcilicet et inferio-

κάτω. πλησίον δὲ αὐτοῦ φλέβες εὐρεῖαι καὶ βραχεῖαι πρὸς τοὺς νεφροὺς ἀποσχίζονται, οὐ μὰ Δία πολλῆς τροφῆς δεομένους, ἀλλ᾽, ὡς ἐδείξαμεν, ἀνάλογόν εἰσιν αἱ φλέβες αἵδε στομάχοις ἑλκτικοῖς ὑπηρετούμεναι τοῖς νεφροῖς εἰς ὁλκὴν τῶν ὀῤῥωδῶν περιττωμάτων. εἶθ᾽ ἡ λοιπὴ πᾶσα νομὴ κατά τε τὴν ῥάχιν ὅλην καὶ τὰ σκέλη παραπλησίως ἔχει τῇ κατὰ τὰς ἀρτηρίας. οὐδαμόθι γὰρ ἀπολείπεται φλὲψ ἀρτηρίας, ἀλλ᾽ ἔνθα ἂν ἴδῃς ἀρτηριῶδες ἀγγεῖον, ἐνταῦθα ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ φλὲψ, ὀλίγων ἀποσχιζομένων εἰς τὰ περὶ τὸ δέρμα σώματα χωρὶς ἀρτηριῶν. καὶ γίνεται τοῦτο κατὰ μὲν τὰ σκέλη καὶ τὰς χεῖρας ἔξω τε καὶ πρόσω μᾶλλον, ὅτι ταῦτα τῶν ἔνδον ἀκυρωτέραν ἔχει τὴν θέσιν, ἅπασί τε τοῖς ἄλλοις μορίοις ἀνάλογον. ἀλλὰ καὶ ἡ εἰς τὰ ἔντερα νομὴ πᾶσα τῶν φλεβῶν, ἣν ἀπὸ πυλῶν ἥπατος ἴσχουσιν, ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις ἐστὶ, καὶ ἡ εἰς ἐπίπλοον, καὶ σπλῆνα, καὶ γαστέρα, μιᾶς εἰς ταῦτα πάντα κατασχιζομένης φλεβὸς, ἥτις ἀνίσχει μὲν ἐξ

rem. Prope ipfum autem venae latae ac breves ad renes deciduntur, non hercule quod multo alimento egeant, fed quod (ut oftendimus) hae venae fint tanquam ftomachi attrahentes, renibusque in trahendis ferofis excrementis infervientes. Reliqua vero omnis earum distributio in tota fpina et cruribus eo modo habet, quo modo in arteriis; nusquam enim vena ab arteria relinquitur, fed ubi vas arteriofum videris, ibi neceffe eft venam etiam effe, paucis tamen venis in corpora, quae ad cutim pertinent, fine arteriis divifis; id quod accidit in manibus, et cruribus, et iisdem externis atque anterioribus potiffimum, quod partes hae pofitionem habeant minus praecipuam, quam internae, quomodo et in aliis omnibus partibus. Atque etiam diftributio omnis venarum in inteftina, quam a portis hepatis habent, fimul cum arteriis fit; praeterea ea, quae fit in omentum, ventriculum, et lienem, in quae omnia vena unica di-

ἥπατος, ἀρξαμένη δὲ κατασχίζεσθαι τῶν συγκατασχισθησομένων ἀρτηριῶν, ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀποπεφυκυίας, ἐπειδὰν πρῶτον ἔξω τοῦ διαφράγματος γένηται. ταῦτά τε οὖν ἅπαντα φαίνεται προνοητικῶς ἡ φύσις ἐργασαμένη, καὶ τῷ θώρακι τὰς φλέβας ἀπὸ τῆς κοίλης ἄριστα διανείμασα. καθ᾽ ὃ μὲν γὰρ ἀναφέρεται τὸ πρῶτον ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος, εἰς τὸ διάφραγμα πέμπει μεγάλας ἀποφύσεις· ἔνθα δ᾽ ἤδη ψαύει τῆς καρδίας, ἐνταῦθα τὴν τὰς ὀκτὼ πλευρὰς ἑκατέρωθεν τρέφουσαν, ἣν εἴπερ θεάσαιο, πῶς ἐκ τῶν ὑψηλῶν οἷον κρεμαμένην διεβίβασεν ἄχρι τῆς ῥάχεως, ἀσφαλῶς στηρίζουσα κατὰ τῶν πλησίον σωμάτων, οἶδ᾽ ὅτι φανεῖταί σοι κἂν τούτῳ τέχνη τε καὶ πρόνοια τῆς φύσεως οὐ μικρά. λέλεκται δ᾽ ἐν τούτοις ἔμπροσθεν ὑπέρ τε τῶν κατὰ τὴν καρδίαν καὶ τὸν πνεύμονα, καὶ ὅσα τοιαῦτα. λέλεκται δὲ καὶ περὶ τῶν ἐπὶ τοὺς τιτθούς τε καὶ τοὺς ὄρχεις ἀγγείων ἐν τῷ κοινῷ λόγῳ. περὶ δὲ τῶν ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν, ὅτι καὶ κοινὴν ἄμφω τὴν χρείαν εἶχον, οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς τὰς

viditur, quae ab hepate quidem oritur, incipit autem ibi dividi cum arteriis, quae a magna oriuntur, ubi primum diaphragma fuperavit. Haec itaque omnia videntur a natura provide fuiffe comparata, venaeque thoraci a cava opportuniffime diftributae; qua enim primum fertur furfum a gibbis hepatis, jam inde ad diaphragma magnas propagines mittit; ubi vero cor jam attingit, ibi eam, quae octo coftas utrinque alit, emittit. Quam fi videris, quo pacto ex alto velut fufpenfam ad fpinam usque trajecerit, propinquis ipfam corporibus fulciens, certo fcio, quod hic quoque naturae artificium ac providentiam videbis non contemnendam. Diximus autem prius in hoc opere de iis, quae cordi infunt ac pulmonibus, et id genus aliis. Diximus etiam et de vafis, quae ad mammas et teftes feruntur, dum communiter de venis et arteriis ageremus, quod utraeque communem ufum haberent. Pari modo et cum de arteriis

Ed. Chart. IV. [697.] Ed. Baf. I. (549.)

χεῖράς ἀφικνουμένων φλεβῶν ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις ὁ λόγος κοινός. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σκέλεσιν, οὕτω κἀνταῦθα τοῖς ἔξω τε καὶ πρόσω μέρεσι τοῦ βραχίονος ἰδίας ἡ φύσις ἐπιπέμπει φλέβας ἐπιπολῆς χωρὶς ἀρτηριῶν, ὑπὲρ ὧν τῆς εἰς ἕκαστον μόριον νομῆς, ἔτι καὶ τῆς δι᾽ ὅλου τοῦ κώλου φορᾶς ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἐπηγγειλάμην ἐρεῖν. ὥσπερ δ᾽ ἐνταῦθα μιᾷ φλεβὶ πλεονεκτεῖ τὸ κῶλον, οὕτω καὶ κατὰ τράχηλον ἐπιπολῆς ἐστιν ἑτέρα φλὲψ σφαγῖτις ἄζυγὴς, ἀρτηρία δὲ μία καθ᾽ ἕτερον μέρος ἀριστερόν τε καὶ δεξιόν· διὰ βάθους δ᾽ ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις ταῖς καρωτίσιν ὀνομαζομέναις αἱ ταύτῃ κείμεναι σφαγίτιδες ὁμοίαν σχίσιν σχιζόμεναι, πλὴν ὅσα πρὸς μὲν τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τούτων εἴρηται λόγοις, ἀρτηρία μεγάλη τοῦ κατὰ τὸ λιθοειδὲς ὀστοῦν ἀναφέρεται τρήματος, ἐπὶ δὲ τὸν ἐγκέφαλον, ὅσον ὑπόλοιπόν ἐστι τῶν διὰ βάθους σφαγιτίδων, ἑτέρῳ τρήματι χρώμενον ἀναφέρεται κατὰ τὴν ϛ' συζυγίαν τῶν νεύρων. εἴρηται δὲ καὶ

ageremus; de venis diximus, quae ad manus perveniunt, quod communis utrarumque fit ratio; ut enim in cruribus, ita et hic in externis atque anterioribus brachii partibus natura proprias mittit venas per fuperficiem fine arteriis. De quarum diftributione in quamque partem, praeterea et de tranfitu per totum brachium et crus in libris de anatomicis adminiftrationibus dicturum me recepi. Quemadmodum autem hic *brachium et* crus una vena fuperat, ita et in collo in fuperficie eft altera vena jugularis fine conjuge; arteria vero una utraque parte finiftra et dextra. Per profundum vero una cum arteriis, quas carotidas vocant, quae illic funt jugulares, eodem modo dividuntur, nifi quod ad plexum retiformem (ut, quum de his ageremus, indicavimus) arteria magna fertur furfum per foramen, quod eft in offe petrofo; ad cerebrum vero fertur, quod venarum jugularium, quae per profundum feruntur, eft reliquum, per foramen aliud nervorum fextae conjugationis. Diximus

Ed. Chart. IV. [697.] Ed. Baf. I. (549.)

περὶ τῶν κατ᾽ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ἀγγείων, ἡνίκ᾽ ἐξηγούμεθα τῶν ἐν αὐτῷ μορίων τὰς χρείας. καιρὸς οὖν ἤδη καταπαῦσαι τὸν λόγον.

etiam de vafis, quae funt in ipfo cerebro, quando partium ipfius ufus exponeremus. Tempus certe eft, ut jam librum hunc finiamus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΧΡΕΙΑΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΣΩΜΑΤΙ ΜΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ Ρ.

Ed. Chart. IV. [698.] Ed. Baf. I. (550.)

Κεφ. α'. Ὕστατος οὗτός μοι λόγος ἐστὶν, ὁ περὶ τῆς χρείας ἔτι τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων· οὐδὲν γὰρ ὑπολείπεται κατ᾽ εἶδος ἄῤῥητον. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ χρήσιμον οὔτ᾽ ἴσον ἐν ἅπασιν, οὔτε ταὐτὸν, ἄμεινον ἂν εἴη διορίσασθαί τε ταῦτα, καὶ τὸ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον εἰπεῖν. ἐνέργεια μὲν οὖν μορίου τῆς χρείας αὐτοῦ διαφέρει, καθότι καὶ πρόσθεν εἴρηται, τῷ τὴν μὲν ἐνέργειαν κίνησιν εἶναι

GALENI DE VSV PARTIVM CORPORIS HVMANI

LIBER XVII.

Cap. I. Ultimus mihi hic liber adhuc de ufu partium corporis humani fupereft; nihil enim relinquitur, cujus fpeciatim non meminerimus. Sed quoniam ufus in omnibus non eft aequalis, neque idem, fatius utique fuerit de his definiviffe, et quod cuique ipforum eft proprium, indicaffe. Partis igitur actio ab ejusdem ufu (ut antea diximus) differt, quod actio quidem motus quidam

δραστικὴν, τὴν δὲ χρείαν ταὐτὸν τῇ πρὸς τῶν πολλῶν εὐχρηστίᾳ καλουμένῃ. δραστικὴν δ' εἶπον εἶναι κίνησιν τὴν ἐνέργειαν, ἐπειδὴ πολλαὶ τῶν κινήσεων γίνονται κατὰ πάθος, ἃς δὴ καὶ παθητικὰς ὀνομάζουσιν, ὅσαι κινούντων ἑτέρων ἐγγίνονταί τισιν. οὕτω γὰρ καὶ τῶν ἐν τοῖς κώλοις ὀστῶν ἐστί τις κίνησις ὑπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς μυῶν γινομένη, ποτὲ μὲν ἔξω, ποτὲ δ' ἔσω κινούντων τὰ κατὰ τὰς διαρθρώσεις ὀστᾶ. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον κινοῦν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἡγεμονικὸν, ὀργάνου λόγον οἱ μύες ἔχουσι, πρὸς δὲ τὸ κινούμενον ὀστοῦν ὑφ' ἑαυτῶν καὶ τοῦτον μὲν, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ δημιουργοῦ. πρώτη μὲν οὖν ἡ χρεία τοῖς ζώοις ἡ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν ἐστι, δευτέρα δ' ἡ ἐκ τῶν μορίων. οὐ γὰρ δι' αὐτὸ τῶν μορίων οὐδὲν ἔχειν βουλόμεθα. περιττὸν γὰρ ἂν οὕτως ἦν, εἰ ἐνεργείας ἠρημώθη, ὡς ἀποκόπτεσθαι μᾶλλον ἢ ποθεῖσθαι· καὶ εἴπερ ἦν τι τοιοῦτον ἐν ζώου σώματι μόριον, οὐκ ἂν ἁπάντων ἐλέγομεν εἶναί τινα χρείαν. ἐπεὶ δ' οὔτ' ἐν ἀνθρώπῳ τι τοιοῦτόν ἐστιν, οὔτ'

eſt activus, uſus vero nihil aliud eſt quam quod vulgo appellatur utilitas ſeu ad utendum aptitudo quaedam. Porro actionem motum eſſe dixi activum, quod plerique motus fiant patiendo, quos ſane paſſivos etiam nuncupant, qui tum partibus quibusdam accidunt, quum ab aliis moventur. Is enim motus ineſt oſſibus, quae in brachiis et cruribus ſunt, ſitque a muſculis, qui ipſis inſunt, nunc quidem extra, nunc autem intra ad dearticulationes oſſa moventibus. Quod ſi ipſum primum movens (quod eſt princeps animae facultas) reſpexeris, muſculi rationem inſtrumenti habebunt, ſin id os, quod ab ipſis movetur, et hanc et efficientis *habebunt rationem.* Primus itaque uſus animalibus ab actionibus accedit, ſecundus a partibus; nullam enim partem propter ſe ipſam habere cupimus; ſupervacanea enim ita eſſet, ſi actione eſſet orbata, et abſcindenda potius, quam optanda. Praeterea, ſi qua eſſet in corpore animalis pars ejusmodi, haudquaquam diceremus, ejus aliquem eſſe uſum; quum autem neque in homine ulla ſit ejusmodi, neque

ἐν ἄλλῳ ζώῳ, διὰ τοῦτο τεχνικὴν τὴν φύσιν εἶναί φαμεν. [699] ἐγὼ οὖν, ὅπερ ἔπαθον, ὅτε πρῶτον ἐθεασάμην ἐλέφαντα, διηγήσομαι, τοῖς μὲν ἑωρακόσι τὸ ζῶον ἑτοίμως νοηθησόμενον, ὅσοι δ᾽ οὐκ εἶδον, εἰ προσέχοιεν τὸν νοῦν τοῖς λεχθησομένοις, οὐ πάνυ χαλεπῶς. ὑπάρχει γὰρ τούτῳ τῷ ζώῳ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔνθα τοῖς ἄλλοις ἡ ῥίς ἐστιν, ἀπηρτημένον τι στενὸν καὶ μακρὸν μόριον, ὡς ἐξικνεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν. τοῦτ᾽ ἐμοὶ θεασαμένῳ τὸ πρῶτον ἔδοξεν εἶναι περιττόν τε καὶ ἄχρηστον. ἐπεὶ δ᾽ ἐνεργοῦν αὐτῷ τὸ ζῶον εἶδον ὥσπερ χειρὶ, τότ᾽ οὐκ ἄχρηστον ἐφάνη, συναφθείσης τῷ τῆς ἐνεργείας χρησίμῳ τῆς χρείας τοῦ μορίου· διὰ μέσου γὰρ τοῦ κατὰ τὴν ἐνέργειαν χρησίμου τὸ τοῦ μορίου χρήσιμον φαίνεται. ὁ γοῦν ἐλέφας ἐκείνῳ τῷ μορίῳ κατὰ τὸ πέρας ἅπαντα μεταχειρίζεται, περιπτυσσομένῳ τοῖς λαμβανομένοις ἄχρι τῶν σμικροτάτων νομισμάτων, ἃ καὶ τοῖς ἐπικαθεζομένοις αὐτῷ δίδωσιν, ἀνατείνων τὴν προνομαίαν ἐπ᾽ αὐτούς, οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὸ προκείμε-

in alio animali, idcirco naturam praedicamus esse artificiosam. Equidem, quod mihi accidit, quum primum elephanta sum conspicatus, referam; quod facile intelligent, qui id animal sunt conspicati; qui autem non viderunt, non magno negotio intelligent, si modo mentem iis, quae dicturus sum, attenderint. Habet enim hoc animal, quo loco aliis est nasus, partem quandam pendentem angustam ac longam adeo, ut ad terram pertingat; quam quum primum sum conspicatus, supervacaneam atque inutilem esse putavi; quum autem animal ipsum uti ea pro manu animadverti, tunc non amplius ipsam judicavi esse inutilem, quod usus hujus partis cum actione utili esset conjunctus; quandoquidem partis usus ita demum apparet, si actionem habeat utilem. Elephas igitur extremo hujus partis sic omnia tractat, atque ita rebus apprehendendis applicat, ut ne minima quidem numismata ipsum effugiant, quae etiam, sublata pronomaea seu proboscide (sic enim partem eam vocant, de qua

νον ἐν τῷ λόγῳ μόριον. ὥσπερ οὖν, εἰ μηδὲν ἐχρῆτο τῷ μορίῳ τούτῳ τὸ ζῶον, αὐτό τ᾽ ἂν ἦν περιττὸν, ἥ τε διαπλάσασα φύσις οὐ πάντη τεχνικὴ, οὕτω νῦν, ἐπειδὴ χρησιμωτάτας ἐνεργείας ἐνεργεῖ δι᾽ αὐτοῦ, χρήσιμον μὲν αὐτὸ, τεχνικὴν δ᾽ ἐνδείκνυται τὴν φύσιν. ὕστερον δὲ καὶ ὡς τέτρηται κατὰ τὸ πέρας, ἰδὼν ἐπιμαθών τε, διὰ τῶν τρημάτων τούτων, οἷα μυκτήρων, ἀναπνεῖν τὸ ζῶον, ἔγνων δηλονότι καὶ κατὰ τοῦτο χρήσιμον ὑπάρχειν τὸ μόριον. ἐπειδὴ δὲ καὶ τεθνεῶτος ἐλέφαντος ἀνέτεμον ἄχρι τῆς ῥίζης τοῦ μορίου τοὺς ἐκ τῶν τρημάτων ἀνατεινομένους πόρους, εὗρόν θ᾽ ὁμοίως τοῖς ἐν ἡμῖν διττὴν τελευτὴν ἔχοντας, μίαν μὲν εἰς αὐτὸν ἀνήκουσαν τὸν ἐγκέφαλον, ἑτέραν δὲ εἰς τὸ στόμα συντετρημένην, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐθαύμασα τῆς φύσεως τὴν τέχνην. ἐπεὶ δὲ προσεπυθόμην, ὅτι κἀπειδὰν διὰ ποταμοῦ βαθέος ἢ λίμνης ὁδοιπορῇ τὸ ζῶον, ὡς ἤδη κατακρύπτεσθαι πᾶν αὐτῆς τὸ σῶμα, τὴν προνομαίαν ταύτην ἀνατεῖνον εἰς ὕψος ἀναπνεῖ διὰ ταύτης, ἔγνων οὐ

nunc agimus) rectori, qui fibi infidet, tradit. Quemadmodum igitur, fi animal parte hac non uteretur, ipfa effet fuperflua, et natura, quae ipfam conformaffet, non ubique effet artificiofa, ita, quum actiones per eam obeat utiliffimas, ipfa quidem eft utilis, naturam autem oftendit effe artificiofam. Poftea vero, quum ipfam animadvertiffem in fine effe perforatam, intellexiffemque praeterea, animal ipfum per foramina illa velut per nares refpirare, cognovi fane, eum quoque ufum animali partem hanc praeftare. Poftquam autem mortuo elephante usque ad radicem partis ipfius diffecans meatus, qui a foraminibus furfum feruntur, reperi non aliter quam in nobis exitum habere duplicem, unum quidem, qui ad ipfum cerebrum perveniebat, alterum autem in os perforatum, impenfius adhuc naturae artem fum admiratus. Ubi autem etiam didici, ipfum animal, quum fluvium aut lacum profundum trajicit, ut totum ipfius corpus demergatur, per fublatam in altum hanc probofcidem refpirare, naturae providentiam intellexi non in eo dun-

μόνον τῷ κατασκευάζειν ἅπαντα καλῶς τὰ μόρια τοῦ ζώου προνοητικὴν τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ διδάσκειν αὐτὰ τὴν χρῆσιν αὐτῶν, ὅπερ ἐδείχθη μοι κατὰ τὴν ἀρχὴν ὅλης τῆς πραγματείας. εἰς μὲν δὴ τὸ γνῶναι τῆς φύσεως τὴν τέχνην αὔταρκές ἐστιν ἔξωθεν θεάσασθαι τὸ πᾶν σῶμα τοῦ ζώου, τάς τ᾽ ἐνεργείας ἑκάστου μορίου κατασκέψασθαι, τοῖς γε δὴ δικαίως ἐπισκοπεῖσθαί τε καὶ κρίνειν αὐτὰ προῃρημένοις, οὐχ ὡς ἐχθροῖς τῆς φύσεως ἐπηρεάζειν. ἐπεὶ δ᾽ ἔφθασαν ἔνιοι στοιχεῖα τῶν σωμάτων ὑποθέσθαι τὰ τοιαῦτα ταῖς οὐσίαις, ὡς συναφθῆναι μὴ δύνασθαι τέχνῃ φύσεως, ἠναγκάσθησαν αὐτῇ πολεμεῖν. ὅτι δ᾽ οὐ δύναται συναφθῆναι, μαθεῖν ἐστιν ἐνθένδε. τὸ διαπλάττειν μέλλον ὁτιοῦν τεχνικῶς ἤτοι γ᾽ ἔξωθεν αὐτοῦ ψαύειν, ἢ δι᾽ ὅλου τοῦ διαπλαττομένου διεληλυθέναι χρή. ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἔξωθέν τι ψαυόντων ἀτόμων ἢ ἀμερίστων σωμάτων, ἅπερ ἔνιοι τίθενται στοιχεῖα, διαπλάττειν αὐτοῖς πεφυκέναι φασὶν οὐδ᾽ αὐτοὶ, οὔτε δι᾽ ὅλου ἐκτετάσθαι. λείπεται οὖν, ὡς ἔτυχεν ἀλλήλοις περιπλεκόμενα τὴν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων

taxat, quod partes omnes ipfius animalis pulchre conftruxerit, fed quod ipfum etiam eis uti docuerit, quemadmodum initio totius operis demonftravimus. Porro ad artem naturae cognofcendam abunde fuerit totum corpus animalis extrinfecus infpexiffe, ac cujusque partis actiones confideraffe, iis faltem, qui ita fefe compararunt, ut eas jufte confiderent ac dijudicent, non autem ut inimici naturam calumnientur; quandoquidem qui corporum elementa talia fubftantia initio pofuerunt, ut ars naturae conjungi nequeat, bellum adverfus eam coacti funt fufcipere. Quod autem conjungi nequeat, hinc difcas licet. Quod aliquid artificiofe eft formaturum, aut extrinfecus tangat id, quod formatur, aut totum ipfum pervadat eft neceffe. At cum infecabilia vel individua corpora, quae nonnulli ftatuunt elementa, quicquam aut extrinfecus tangendo, aut per totum fe intus inferendo, ne ipfi quidem dicant conformandi vim habere; relinquitur ipfa fortuito concurfu inter fe cohaerentia cor-

ἐργάσασθαι σύστασιν. ὡς ἔτυχε δὲ περιπλεκόμενα, σπανίως μέν ποτε χρήσιμον ἐργάζεται τὸ δημιούργημα, πολλάκις δ᾽ ἄχρηστόν τε καὶ μάταιον. αὕτη τοιγαροῦν αἰτία τοῦ μὴ βούλεσθαι τὴν φύσιν εἶναι τεχνικὴν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας, ὅσοι τὰ πρῶτα σώματα τοιαῦτα εἶναί φασιν, οἷά περ οἱ τὰς ἀτόμους εἰσάγοντες λέγουσιν. [700] ὁρωμένων γὰρ ἐναργῶς ἁπάντων τῶν ζώων εὐθὺς ἔξωθεν οὐδὲν ἄχρηστον ἐχόντων μόριον, ἐπιχειροῦσι καὶ μὴν ἑνὸς εὐπορῆσαί τινος εἰς ἀντιλογίαν, ἤτοι γ᾽ εὐθὺς, ἢ ἐξ ἀνατομῶν φαινομένου τοιούτου. κατὰ τοῦτο τοιγαροῦν καὶ ἡμῖν ἀναγκαίαν εἰργάσαντο τὴν ἁπάντων ἐξήγησιν, ὥστε καὶ μέχρι τῶν οὐδὲν ἐχόντων χρήσιμον εἰς θεραπείαν ἢ πρόγνωσιν ἢ διάγνωσιν παθῶν ἐκτείνεσθαι τὸν λόγον, ὥσπερ ὅταν ἐπισκοπώμεθα, τίνες τέ εἰσι καὶ πόσοι μύες οἱ τὴν γλῶτταν κινοῦντες. ἀλλ᾽ ἐκεῖνό γε θαυμάσαι τῶν ἀνδρῶν ἐστιν, ὅσοι τὴν φύσιν ἄτεχνον εἶναι λέγουσιν, εἰ τοὺς μὲν πλάστας ἐπαινοῦσιν, ὅταν ἴσα τὰ δεξιὰ τοῖς ἀριστεροῖς ἀκριβῶς

pora ſenſibilia conſtituere. At quae ita temere cohaerent, raro quidem opificium utile efficiunt, contra autem ſaepenumero inutile ac vanum. Ea certe eſt cauſa, quae eos viros, qui prima corpora ejusmodi eſſe adſtruunt, cujus generis ſunt, qui atomos introducunt, perpulit, ut naturam negarint eſſe artificioſam. Quum enim ſtatim extrinſecus videamus aperte, nullum animal ullam partem habere inutilem, attamen conantur hi aliquam ad contradicendum arripere, quae prima facie aut in diſſectione talis appareat. Ea ſane ratione partes omnes explicandi neceſſitatem nobis impoſuerunt, ut ad ea etiam deſcendere ſimus coacti, quae nihil habent momenti aut ad curationem, aut ad praenotionem, aut ad dignotionem morborum; ut quum conſideramus, qui muſculi et quot linguam moveant. At eo certe nomine mihi ſubit viros illos admirari, qui naturam ajunt arte carere, ſi ſtatuarios quidem laudant, quum partes dextras ſiniſtris aequales omnino fecerint, naturam autem

ἐργάσωνται, τὴν φύσιν δ᾽ οὐκ ἐπαινοῦσι πρὸς τῇ τῶν μορίων ἰσότητι καὶ τὰς ἐνεργείας παρασχοῦσαν, ἔτι τε πρὸς τούτῳ τὴν χρῆσιν αὐτῶν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἅμα τῷ γεννηθῆναι διδαξαμένην τὸ ζῶον. ἢ Πολύκλειτον μὲν δίκαιόν ἐστι θαυμάζειν ἐπὶ τῇ τῶν μορίων ἀναλογίᾳ τοῦ καλουμένου κανόνος ἀνδριάντος, τὴν φύσιν δ᾽ οὐκ ἐπαινεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τέχνης ἁπάσης ἀποστερεῖν χρὴ, τὴν ἀναλογίαν τῶν μορίων οὐκ ἔξωθεν ὡς οἱ πλάσται μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ βάθους ἐπιδειξαμένην; ἢ οὐ καὶ ὁ Πολύκλειτος αὐτὸς ἐκείνης ἐστὶ μιμητὴς, ἐν οἷς γε ἠδυνήθη γενέσθαι μιμητής; ἠδυνήθη δ᾽ ἐν τοῖς ἔξωθεν μόνοις, ὧν ἐπέσκεπται τὴν τέχνην, ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν προχειροτάτων ἀρξάμενος, οἷόν περ καὶ ἡ χείρ ἐστιν ὄργανον ἰδιαίτατον ἀνθρώπου, δακτύλους μὲν ἔχον πέντε, τελευτῶντας εἰς ὄνυχας πλατεῖς, ἄρθρα δὲ καθ᾽ ἕκαστον τρία, καὶ κινήσεις ὁπόσας τε καὶ ποίας ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ διῆλθον, εἰς ἄκραν ἥκοντα τέχνην ἅπαντα. καί τοι καὶ χωρὶς τούτων ἡ ἰσότης αὐτὴ θαυμαστῆς

non laudant, quae praeter partium aequalitatem actiones etiam exhibuit, ac praeterea ſtatim, ut animal fuit genitum, uſum earum ipſum edocuit. An Polycletum quidem jure admirabimur propter partium ſtatuae (quae regula fuit appellata) convenientiam ac proportionem, naturam autem non modo non laudabimus, ſed omni etiam arte privabimus, quae partium proportionem non ſolum extrinſecus more ſtatuariorum, ſed in profundo etiam ſervavit? Nonne et Polycletus ipſe naturae eſt imitator, in quibus ſaltem eam potuit imitari? potuit autem in ſolis externis partibus, in quibus artem conſideravit, ab iis, quae maxime ſunt in promptu, auſpicatus, quarum manus una eſt, inſtrumentum homini maxime proprium, quinque habens digitos in latos ungues deſinentes, in quoque ipſorum tres articulos, ac motus, quot et quales libro primo expoſui; quae omnia plena ſunt ſummi artificii. Atqui, ut haec omittam, ipſa aequabilitas artem prae ſe fert admirabilem, quam ſtatuarii

Ed. Chart. IV. [700.] Ed. Baf. I. (550. 551.)

τέχνης ἐστὶν ἐνδεικτική. μετὰ γοῦν ὀργάνων παμπόλλων οἱ τοὺς ἀνδριάντας ἐργαζόμενοι τὴν ἰσότητα μόγις αὐτῶν διαφυλάττουσι. καὶ οὔπω σοι λέγω τὴν ἀναλογίαν τοῦ καθ᾽ ἕκαστον (551) μόριον μεγέθους, οἷον τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἣν ὅτι μὲν ἀντιληπτικὸν ὄργανον ἐποίησεν ἡ φύσις, ὥσπερ τὸ σκέλος βαδιστικὸν, ἐν τῷ α΄ δέδεικται λόγῳ· θέασαι δ᾽, ὅπως ἄκρᾳ συμμετρίᾳ κέχρηται περὶ τὸ μέγεθος αὐτῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἐξῆπται τῆς ὠμοπλάτης τὸ κῶλον τοῦτο, δύσφορόν τ᾽ ἂν ἦν δηλονότι καὶ πρὸς τὰς ἐνεργείας ἀνεπιτήδειον, εἰ μέχρι τῶν ποδῶν ἐξετέτατο, καὶ πολὺ μᾶλλον, εἰ κατὰ τῆς γῆς ἐπεσύρετο μεθιέμενον, ὥσπερ καὶ πρὸς τὸ πόῤῥωθέν τι λαμβάνειν εἰς τοσοῦτον ἐπιτηδειότερον, εἰς ὅσον μακρότερον, ἡ δὲ μικρὰ χεὶρ ὅσον εὐφορωτάτη, τοσοῦτον χείρων ἐστὶν εἰς τὰς τῶν πόῤῥωθεν ἀντιλαβὰς, ἡ δ᾽ εἰς ταύτας χρησίμη δύσφορος ἔμελλεν ἔσεσθαι, μέχρι τούτου τὸ μέγεθος αὐτῆς ηὔξησεν, ὡς μηδέπω δύσφορον ὑπάρχειν. ἀνδρὶ μὲν οὖν ἀληθῶς ἐξετάζοντι τὰ τῆς φύσεως ἔργα καὶ χεὶρ ἀρκεῖ μόνη θεωρηθεῖσα πρὸ τῆς ἀνατομῆς.

multis freti inftrumentis aegre tamen affequuntur. Omitto magnitudinis in partibus omnibus proportionem, ut in manu ipfa, quam libro primo oftendimus a natura factam fuiffe ad apprehenfionem, quo modo crus ad ambulationem. Confidera autem, quo pacto natura in magnitudine ipfius fumma fymmetria eft ufa. Quum enim membrum hoc a fcapulis pendeat, grave omnino ac geftatu difficile atque ad actiones ineptum fuiffet, fi ad pedes usque extenfum effet; ac multo id magis, fi ad terram demiffum traheretur, tametfi ad aliquid accipiendum, quod effet remotius, tanto magis effet idoneum, quanto longius. Quia vero parva quidem manus, quanto levior eft ac portatu facilior, tanto deterior eft ad ea, quae longe funt diffita, apprehendenda, quae vero ad ea apprehendenda eft utilis, ea gravis ac geftatu difficilis erat futura, magnitudinem ejus eousque auxit, quatenus geftatu difficilis non fit. Ei igitur, qui naturae opera vere examinat, vel manus fola ante anatomen vifa fufficiat;

ὅστις δ', ὡς ἔφην, ἐχθρὸς τῇ φύσει, κἂν τὴν ἔνδον αὐτῆς θεάσηται τέχνην, ἣν ἐν τοῖς πρώτοις δύο γράμμασιν ἐξηγησάμην, ἀγρυπνεῖ ζητῶν, ὅπως ἐπηρεάσῃ τι τῶν ὀφθέντων. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὰ σκέλη τήν τε τοῦ μεγέθους συμμετρίαν καὶ τῶν κινήσεων ἑκάστης τὴν χρείαν ἀληθῶς ἐξετάσας τις οὐκ ἐπαινέσει μόνον, ἀλλὰ καὶ θαυμάσει τῆς φύσεως τὴν τέχνην. ἐὰν γοῦν ἐπινοήσῃς τινὸς ἀνθρώπου τῆς προσηκούσης ἀναλογίας ἡμίσεα τὰ σκέλη, συνήσεις, οἶμαι, πρῶτον μὲν, ὅπως αὐτῷ δύσφορόν τε ἔσται καὶ βαρὺ τὸ ὑπερκείμενον σῶμα, [701] δεύτερον δὲ, ὅπως βαδίζειν ἐπιχειροῦντι σφαλερὸν, καὶ τρίτον, ὅπως ἀδύνατον θεῖν. οὕτω δὲ καὶ μηροῦ πρὸς κνήμην καὶ κνήμης πρὸς πόδα τὴν ἀναλογίαν σκοπούμενος ἄκραν τινὰ τέχνην ἐξευρήσεις τῆς φύσεως, ὥσπερ γε καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πάλιν τὸν πόδα μορίων ἢ τὴν ἄκραν χεῖρα· καὶ γὰρ οὖν καὶ τὰ ταύτης μόρια θαυμαστῶς πως ἀλλήλοις ὁμολογεῖ, καθάπερ γε καὶ βραχίονος πρὸς πῆχυν, καὶ

qui vero naturae eſt (ut dixi) inimicus, etiamſi artem, quae intus in ipſa manu eſt abdita, fuerit conſpicatus (quam nos primis duobus libris expoſuimus), ea tamen, quae ipſe viderit, magno ſtudio ac ſolicitudine revolvit, quaerens aliquid, quod queat calumniari. Ad eundem autem modum et in cruribus ſi quis magnitudinis ſymmetriam ac motus cujusque uſum vere examinarit, nonne artem naturae non laudabit modo, ſed etiam admirabitur? Si enim animo finxeris hominem aliquem crura habere parte dimidia duntaxat proportione decenti conſtructa, intelliges (opinor) primum quidem, corpus, quod ſuperjacet, quam grave ipſi erit ac geſtatu difficile; ſecundo, quam periculoſa eidem erit ambulatio; poſtremo, quam erit ad curſum impeditus. Ad eundem modum et femoris ad tibiam et tibiae ad pedem proportionem conſiderans ſummam quandam naturae artem invenies; quemadmodum rurſum et partium, quae tum pedi ipſi, tum ſummae manui inſunt, nam hujus quoque partes mirabiliter inter ſe conſentiunt, quo modo certe et brachii partibus ad cubitum, et cubiti ad ſummam manum,

Ed. Chart. IV. [701.] Ed. Baf. I. (551.)

τούτου πρὸς ἄκραν χεῖρα, καὶ τῶν κἀκείνης μορίων πρὸς ἄλληλα θαυμαστή τίς ἐστιν ἀναλογία. καὶ ταῦτα μὲν πάντα τὴν τέχνην ἐνδείκνυται τοῦ δημιουργοῦ. καὶ τῶν δακτύλων δὲ μόνων ἡ ἀναλογία τῷ γε μὴ δυσμενεῖ τῇ φύσει τὴν αὐτὴν ἱκανὴ τέχνην ἐνδείξασθαι. διὰ τί γὰρ οὐδεὶς ἄνθρωπος οὐδέποτε τριπλασίους ἔσχε τὸ μέγεθος, ἢ νῦν εἰσι, τοὺς δακτύλους; ἢ διὰ τί πάλιν οὐδ᾽ οὕτως μικροὺς, ἡλίκη καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν ἡ πρώτη φάλαγξ; ἐγὼ μὲν γάρ φημι, διότι τὴν χρείαν αὐτῶν διέφθειρε τὰ τηλικαῦτα μεγέθη. σὺ δ᾽, ὦ γενναιότατε κατήγορε τῶν ἔργων τῆς φύσεως, οὐδὲν μὲν τούτων βλέπεις, ὅτι δ᾽ ἐν μυρίοις μυριάκις ἀνθρώποις ἅπαξ πού τινα ἐποίησεν ἓξ δακτύλους ἔχοντα, τοῦτο μόνον ὁρᾷς. εἰ δὲ Πολύκλειτος ἔς τι μικρὸν οὕτως ἥμαρτεν ἐν χιλίοις ἀνδριάσιν, οὔτ᾽ ἂν αὐτὸς ἐμέμψω, καὶ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀγνώμονας ἐκάλεις. ἀντίστρεψον οὖν αὐτὸ, καὶ σκέψαι, τί ποτ᾽ ἂν εἴποις, εἰ κατὰ μὲν τοὺς χιλίους ἥμαρτεν ἡ φύσις, ἐν ἑνὶ δὲ μόνῳ κατώρθωσεν. ἆρ᾽ οὐκ ἂν τύχης

et hujus etiam partibus inter fe incredibilis quaedam eft proportio. Atque haec omnia artem opificis oftentant. Quin et digitorum duntaxat proportio ei certe, qui naturae inimicus non fuerit, eandem artem oftenderit. Cur enim nemo adhuc digitos triplo majores, quam nunc funt, aut cur rurfus eosdem non aeque parvos habuit, ut cujusque eft ipforum primum internodium? Ad quod equidem refpondeo, quod magnitudines ejusmodi ufum ipforum vitiarent. Tu autem, operum naturae generofiffime calumniator, nihil horum confideras, fed, fi ex centenis millibus millium hominum uni aliquando digitos fex procrearit, id folum confideras. At, fi Polycletus exiguum quiddam ipfe in mille ftatuis peccaffet, haudquaquam ipfe eum accufares, et, fi quis ei id objiceret, malignum eum effe diceres. Id igitur ipfum converte, ac confidera, quid tandem dicas, fi in mille quidem hominibus natura peccaffet, in uno vero folo recte egiffet, nonne, quod rite ceffiffet, fortunae diceres, non artis, opus

Ed. Chart. IV. [701.] Ed. Baf. I. (551.)

ἔφασκες, οὐ τέχνης ἔργον εἶναι τὸ κατορθούμενον; εἰ δ' ἐν μυρίοις, ἔτι δὴ μᾶλλον; ἀλλὰ νῦν, ὅτ' οὐκ ἐν χιλίοις ἢ μυρίοις ἀνθρώποις, ἐν μυριάκις δὲ μυρίοις ὁρῶμέν τι διημαρτημένον, εἰς τύχην ἀναφέρειν τολμᾷς τὰ κατωρθωμένα, θαυμαστῇ τινι δικαιοσύνῃ περὶ τὴν φύσιν χρώμενος. ἆρά γε, κἂν εἰ τραγῳδῶν ἢ κωμῳδῶν ἀγῶνι παρεγένου, τὸν ἐν τοῖς μυρίοις ἓν ἁμαρτόντα διέβαλεν ἂν ὡς ἄτεχνον, ἐπῄνεις δ' ὡς τεχνίτην τὸν ἓν κατορθώσαντα; λῆρος μακρὸς ταῦτα, καὶ φανερῶς ἀνθρώπων ἔργα, διασώζειν αἰσχρῶς ἐπιχειρούντων, ἃ κακῶς ἐξ ἀρχῆς ἔθεντο στοιχεῖα. ταῦτα γὰρ ὁρῶντες ἀναιρούμενα, συγχωρηθείσης εἶναι τεχνικῆς τῆς φύσεως, ἀναισχυντεῖν ἀναγκάζονται. καίτοι γ', ὡς ἔφην, οὐδὲν ἔδει πάντ' ἐπισκέπτεσθαι τὰ μόρια τοῦ σώματος ἀνατέμνοντα· τῶν γὰρ ἔξωθεν ὁτιοῦν ὀφθὲν ἱκανὸν ἐνδείξασθαι τὴν τέχνην τοῦ δημιουργήσαντος αὐτό. οὐκ ἄρα μὲν δεῖ λέγειν ὀφρύων ἢ ὤτων ἰσότητά τε καὶ χρείαν, ἢ βλε-

eſſe? quod ſi in decies mille, id multo magis dicas: nunc autem, quum non in mille neque in decies mille hominibus, ſed ne in centenis quidem millibus millium quidquam videamus ab ea fuiſſe peccatum, quae ipſa recte egit, ad fortunam audes referre, mirabili certe aequitate in naturam utereris. Quod ſi tragoedorum aut comoedorum certamini intereſſes, eumne, qui aliis decem millibus praeclare geſtis in uno lapſus eſſet, ut imperitum damnabis, laudabis autem eum ut peritum, qui ſemel recte ſe geſſerit? Deliramenta haec plane ſunt, hominumque officia, qui elementa, quae initio male poſuerunt, tueri turpiter conantur; quae cum videant labefactari, ſi natura concedatur eſſe artiſiciofa, ejusmodi impudenter effutire coguntur. Quanquam, ut dixi, nihil opus erat omnes corporis partes per anatomen eruere, nam una quaevis extrinſecus conſpecta ſatis eſſe poterat ad artem ejus, qui ipſum condidit, oſtentandam. Nec certe attinet aurium aut ſuperciliorum aequalitatem ac uſum commemorare, aut palpebrarum, vel ciliorum,

φάρων, ἢ βλεφαρίδων, ἢ κόρης πρὸς κόρην, ἤ τινος τῶν τοιούτων, ὅσα θαυμαστὴν ἐνδείκνυται σοφίαν τε ἅμα καὶ δύναμιν τῆς φύσεως, ὅπου καὶ τουτὶ τὸ ἐπιτυχὸν, ὃ καλοῦμεν δέρμα, τὴν τέχνην αὐτῆς ἱκανὸν ἐνδείξασθαι. εἰ γοῦν ἀφῃρημένον αὐτὸ θεάσαιτό τις, ἐν μὲν τοῖς πλείστοις μέρεσιν ἑαυτοῦ συνεχὲς, ἐν ὀλίγοις δέ τισιν ἔχον τρήματα ἐπισκέψεται, πότερον εἰκῆ τέτρηται, κατ᾽ ἐκεῖνα μηδενὸς μήτ᾽ εἰσιόντος εἰς τὸ σῶμα, μήτ᾽ ἐξιόντος ὠφελίμως, ἢ πάντων ἐστὶν ἀξιόλογος ἡ χρεία. τὸ μὲν γάρ τοι τῶν τρημάτων ἕνεκα σιτίων τε καὶ ποτῶν, ἔτι τε τοῦ πέριξ ἀέρος εἰσόδου γέγονε, τὸ δ᾽ ἕνεκα τῶν ὑγρῶν ἢ ξηρῶν περιττωμάτων ἐξόδου. συντέτρηται δ᾽ εἰς μὲν τὸ πρότερον ἡ διὰ τῶν μυκτήρων ὁδὸς τοῦ πνεύματος, εἰς δὲ τὸ δεύτερον ἡ τοῦ σπέρματος ἔκκρισις. ἀνήκουσι δὲ διὰ τῶν μυκτήρων καὶ πρὸς αὐτὸν ἄνω τὸν ἐγκέφαλον ἕτεροι πόροι τῆς τῶν περιττωμάτων ἕνεκα ἐκροῆς. ἀλλαχόθι δὲ τέτρηται τὸ σῶμα χάριν τοῦ δύνασθαι τὸ ζῶον ἀκούειν δι᾽ αὐτῶν,

vel pupillae, aut cujusvis ejusdem generis, quae vim naturae incredibilem ac fapientiam declarant, cum fatis id, quod in promptu eft, quodque cutim appellamus, artem ipfius poffit oftendere. Si quis enim ipfam per fe confiderarit, videritque in multis quidem partibus eam fibi ipfi effe continuam, in paucis autem quibusdam foramina habere, confiderabit omnino, utrum partibus illis temere fit perforata, nulla re per ea foramina in corpus ingrediente utiliter, aut ex eodem exeunte, an omnium utilitas fit maxima. Nam aliud quidem horum foraminum, quo cibis ac potibus et praeterea aëri nobis circumfufo effet ingreffus, extitit, aliud vero, quo humidis ac ficcis excrementis effet exitus. Atque in primum quidem perforata eft fpiritus via, quae eft per nares, in fecundum vero feminis exitus. Excernendorum autem excrementorum caufa alii meatus furfum ad cerebrum per nares perveniunt: alibi corpus foraminibus pertufum reperias, ut per ea animal poffit audire: alio

[702] ἑτέρωθεν δ᾽ ἔσχισται τοῦ βλέπειν ἕνεκεν. ἀλλαχόθι δ᾽ οὐδὲν οὐδαμῶς μάταιον τρῆμά ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ τριχῶν ἀναγκαία γένεσις, ἢ παντελὴς ἀπώλεια, πλὴν καθ᾽ ἃ μάλιστα ἐχρῆν, ὡς ἐδείξαμεν· ἐν κεφαλῇ μὲν, ὀφρύσι τε καὶ βλεφάροις ἡ γένεσις, ἀπώλεια δ᾽ ἐν τοῖς ἔνδον τῆς χειρὸς καὶ κάτω τοῦ ποδός. οὐ μὴν οὐδὲ μῦς ἐστι συμφυὴς τῷ δέρματι μάτην, ἀλλ᾽ ἐν οἷς ἐστι μορίοις, ἕνεκα χρείας ἀναγκαίας, ὡς ἐδείχθη. τίς οὖν οὕτως ἔμπληκτος ἐχθρός ἐστι καὶ πολέμιος τοῖς ἔργοις τῆς φύσεως, ὃς οὐκ ἐκ τοῦ δέρματος εὐθέως ἁπάντων καὶ πρώτων συνῆκε τῆς τέχνης τοῦ δημιουργοῦ; τίς δ᾽ οὐκ ἂν εὐθὺς ἐνεθυμήθη νοῦν τινα δύναμιν ἔχοντα θαυμαστὴν ἐπιβάντα τῆς γῆς ἐκτετάσθαι κατὰ πάντα τὰ μόρια; πανταχόθεν γοῦν ὁρᾶται γινόμενα ζῶα θαυμαστὴν ἅπαντα κατασκευὴν ἔχοντα. καίτοι τί ἂν εἴη τῶν τοῦ κόσμου μορίων ἀτιμότερον τῶν περὶ τὴν γῆν; ἀλλ᾽ ὅμως ἐνταῦθα φαίνεται νοῦς τις ἀφικνούμενος ἐκ τῶν ἄνω σωμάτων, ἃ καὶ θεασαμένῳ τινὶ

loco videndi gratia eſt ſciſſum: nusquam foramen eſt ſupervacaneum. Quemadmodum etiam et pilorum generatio eſt neceſſaria, et ubi opus eſt, eorundem privatio eſt commoda: generatio quidem (ut maxime demonſtravimus) in capite, ſuperciliis ac palpebris, privatio vero in partibus manuum internis ac pedum inſernis. Nec vero maſculus usquam cum cute fruſtra coaleſcit, ſed quibus in partibus id accidit, ob uſum neceſſarium (ut demonſtravimus) contingit. Quis igitur adeo eſt demens aut operum naturae inimicus, qui non ex cute ſtatim et iis, quae primum occurrunt, artem opiſicis intelligat? Quis non ſtatim animo concepit, mentem quandam eſſe, quae vim habeat admirabilem, quaeque terras omnes pervadens in omnes ejus partes extendatur? Ubique certe animalia procreari videas, quae conſtructionem habent admirabilem. Quanquam quaenam univerſi pars terra ignobilior? attamen mens quaedam cernitur etiam ad ipſam a ſuperioribus perveniſſe corporibus: quae ſi

παραχρῆμα θαυμάζειν ἐπέρχεται τὸ κάλλος τῆς οὐσίας, ἡλίου πρῶτον καὶ μάλιστα, μετ' αὐτὸν δὲ σελήνης, εἶτα τῶν ἀστέρων, ἐν οἷς εἰκὸς, ὅσῳ πέρ ἐστι καὶ ἡ τοῦ σώματος οὐσία καθαρωτέρα, τοσούτῳ καὶ τὸν νοῦν ἐνοικεῖν πολὺ τοῦ κατὰ τὰ γήϊνα σώματα βελτίω τε καὶ ἀκριβέστερον. ὅπου γὰρ ἐν ἰλύϊ καὶ βορβόρῳ, καὶ τέλμασι, καὶ φυτοῖς, καὶ καρποῖς σηπομένοις, ὅμως ἐγγίνεται ζῶα θαυμαστὴν ἔχοντα τὴν ἔνδειξιν τοῦ κατασκευάσαντος δημιουργοῦ, τί χρὴ νομίζειν ἐπὶ τῶν ἄνω σωμάτων; ἰδεῖν δὲ ἔστι νῦν φύσιν λογικὴν καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἐννοήσαντα, Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, καὶ Ἵππαρχον, καὶ Ἀρχιμήδην, καὶ πολλοὺς τοιούτους. ὁπότ' οὖν ἐν βορβόρῳ τοσούτῳ (τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι τὸ συγκείμενον ἐκ σαρκὸς, αἵματός τε καὶ φλέγματος, καὶ χολῆς ξανθῆς καὶ μελαίνης;) ἐπιγίνεται νοῦς περιττὸς, πόσην τινὰ χρὴ νομίζειν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχὴν εἶναι καθ' ἥλιον, ἢ σελήνην, ἤ τινα τῶν ἀστέρων; ἐμοὶ μὲν γὰρ ταῦτα ἐννοοῦντι καὶ δι'

quis contemplatus fuerit, ftatim fubftantiae pulchritudinem admirabitur, primum ac maxime folis, poft ipfum lunae, deinde fiderum; in quibus par eft, quanto corporis fubftantia eis eft purior, tanto etiam mentem inhabitare meliorem ac perfectiorem ea, quae in corporibus terreftribus habitet. Quum enim in limo, in colluvie, in paludibus, in plantis, fructibusque putrentibus animalia tamen gignantur mirificam habentia indicationem ejus mentis, quae ipfa condidit, quid de corporibus fuperioribus eft putandum? Licet autem nunc ipfam perfpicias naturam rationalem vel ex ipfis hominibus, fi Platonem, Ariftotelem, Hipparchum, Archimedem, ac complures hujuscemodi alios contempleris. Quum igitur in tanta colluvie (quo enim alio nomine quis appellet id, quod ex carne, fanguine, pituita, ac bile utraque eft conflatum?) mens adveniat adeo eximia, quantam putandum eft effe ejus excellentiam in fole, luna aliisque fideribus? Mihi quidem, dum haec mente revolvo,

αὐτοῦ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος οὐκ ὀλίγος τις ἐκτετάσθαι δοκεῖ νοῦς. οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς τῆς μὲν αὐγῆς τῆς ἡλιακῆς μεταλαμβάνειν (552) πέφυκεν, οὐχὶ δὲ καὶ τῆς δυνάμεως αὐτῆς. οἶδ᾽, ὅτι καὶ σοὶ δόξει ταῦτα τὴν ἐν τοῖς ζώοις τέχνην ἀκριβῶς τε καὶ δικαίως ἐπισκεψαμένῳ, πλὴν εἰ, καθάπερ εἶπον, ἀντέπεσέ τις δόξα περὶ τῶν στοιχείων τοῦ παντὸς, ἣν ἔθεντο προπετῶς. ὡς, ὅστις γε ἐλευθέρᾳ γνώμῃ σκοπεῖται τὰ πράγματα, θεασάμενος ἐν τοσούτῳ βορβόρῳ σαρκῶν τε καὶ χυμῶν ὅμως ἐνοικοῦντα νοῦν, ἰδὼν δὲ καὶ ζώου κατασκευὴν ὅτου δὴ, (πάντα γὰρ ἔνδειξιν ἔχει σοφοῦ δημιουργοῦ,) τὴν ὑπεροχὴν ἐννοήσει τοῦ κατὰ τὸν οὐρανὸν νοῦ· καὶ τὸ δοκοῦν αὐτῷ σμικρὸν εἶναι πρότερον, ἡ περὶ χρείας μορίων πραγματεία θεολογίας ἀκριβοῦς ἀληθῶς ἀρχὴ καταστήσεται, πολὺ μείζονός τε καὶ πολὺ τιμιωτέρου πράγματος ὅλης τῆς ἰατρικῆς. οὔκουν ἰατρῷ μόνον ἡ περὶ χρείας μορίων ἐστὶ πραγματεία χρησίμη, πολὺ δὲ μᾶλλον ἰατροῦ φιλοσόφῳ, τῆς ὅλης φύσεως ἐπιστή-

non exigua quaedam mens ejusmodi per ipſum etiam aërem nos ambientem videtur eſſe extenſa; fieri enim non poteſt, cum lucis ipſius ſolis ſit particeps, ut non etiam vim ab ipſo aſſumat. Nec dubito, quin mihi ſis in his omnibus ſubſcripturus, ſi modo artificium, quod animalibus ineſt, diligenter ac juſte examinaris, niſi (quemadmodum dixi) aliqua de ipſius univerſi elementis opinio, quam temere quidam poſuerunt, inhaeſerit. Nam ſi quis nulli ſectae addictus, ſed libera ſententia rerum conſiderationem inierit, conſpicatus, in tanta carnium ac ſuccorum colluvie mentem tamen habitare, conſpicatus item et cujusvis animalis conſtructionem, (omnia enim declarant opificis ſapientiam,) mentis, quae caelo ineſt, excellentiam intelliget: tum opus de partium utilitate, quod prius exiguum ſibi eſſe videbatur, perfectiſſimae theologiae verum principium conſtituet; quae theologia multo eſt major atque praeſtantior tota medicina. Non igitur ſoli medico opus de uſu partium eſt utile, ſed multo certe magis medico philoſopho, qui totius naturae

μην κτήσασθαι σπεύδοντι, καὶ κατὰ ταύτην χρὴ τελεῖσθαι τὴν τελετήν. ἅπαντες γὰρ, ὡς οἶμαι, καὶ κατ᾽ ἔθνος, καὶ κατ᾽ ἀριθμὸν ἄνθρωποι, ὅσοι τιμῶσι θεοὺς, οὐδὲν ὅμοιον ἔχουσιν Ἐλευσινίοις τε καὶ Σαμοθρακίοις ὀργίοις. ἀμυδρὰ μὲν γὰρ ἐκεῖνα πρὸς ἔνδειξιν ὧν σπεύδει διδάσκειν· [703] ἐναργῆ δὲ τὰ τῆς φύσεώς ἐστι κατὰ πάντα τὰ ζῶα. μὴ γὰρ δὴ κατ᾽ ἄνθρωπον ὑπολάβῃς μόνον εἶναι τοσαύτην τέχνην, ὅσην ὁ πρόσθεν ἐξηγήσατο λόγος, ἀλλ᾽ ὅ τι περ ἂν ἐθέλῃς ἕτερον ζῶον ἴσην ἐνδείξεταί σοι σοφίαν τε ἅμα καὶ τέχνην τοῦ δημιουργοῦ· καὶ ὅσῳ γ᾽ ἂν ᾖ μικρότερον, τοσούτῳ μεῖζον παρέξει τὸ θαῦμα, καθάπερ ὅσα διασημαίνουσιν ἐν μικραῖς οὐσίαις οἱ δημιουργοί. τοιοῦτοι νῦν τινές εἰσι, καὶ ὧν ἔναγχος εἷς τις ἐν δακτυλίῳ Φαέθοντα διέγλυψεν ἐπὶ τεττάρων ἵππων ὀχούμενον, ὧν ἑκάστου καὶ χαλινοὶ, καὶ στόματα, καὶ οἱ πρόσθιοι τῶν ὀδόντων καὶ ποδῶν ἐμοὶ μὲν οὐδ᾽ ἑωρῶντο τὴν ἀρχὴν ὑπὸ σμικρότητος, εἰ μὴ περιστρέψαιμι τὸ θέαμα πρὸς αὐγὴν λαμπράν. οὔκουν οὐδ᾽ ἐνταῦθα ἑωρῶντό μοι πάντα τὰ μόρια, καθάπερ

fcientiam ftudeat fibi comparare; eumque oportet his facris initiari. Arbitror enim, nullam gentem, neque hominum focietatem, apud quos ulla deorum eft religio, quidquam habere facris Eleufiniis aut Samothraciis fimile: ea tamen obfcure docent, quae profitentur; naturae vero opera omnibus animantibus funt perfpicua. Neque enim exiftimes, in folo homine tantam ineffe artem, quantam fermo fuperior explicuit, fed quodcunque aliud animal diffecare velis, parem in eo artem opificis ac fapientiam reperies; et quanto ipfum minus fuerit, tanto majorem tibi admirationem excitabit. Quod declarant opifices, quum in corporibus parvis aliquid infculpunt: cujus generis eft, quod nuper quidam in annulo Phaëthonta quatuor equis invectum fculpfit. Omnes enim equi frenum, os, et dentes anteriores habebant: quae equidem principio prae exiguitate non videbam prius, quam fpectaculum hoc incredibile ad claram lucem convertiffem: non tamen ne fic quidem partes omnes mihi apparebant, quo

Ed. Chart. IV. [703.] Ed. Baf. I. (552.)

οὐδ᾽ ἄλλοις πολλοῖς. εἰ δέ τις ἠδυνήθη τι θεάσασθαί ποτε σαφῶς αὐτῶν, εἰς ἄκραν εὐρυθμίαν ἥκειν ὁμολογείτω· καὶ γὰρ οὖν καὶ οἱ πόδες οἱ ις´ τῶν δ´ ἵππων μυρίοις μὲν ὑφ᾽ ἡμῶν ἠριθμοῦντο, θαυμαστῶς δὲ ἑκάστῳ διηρθρωμένα τὰ μόρια τοῖς ὁρᾷν αὐτὰ δυναμένοις ἐφαίνετο. καίτοι καὶ τούτων αὐτῶν οὐδὲν ψύλλης σκέλους ἀκριβεστέραν εἶχεν ἐργασίαν, πρὸς τῷ καὶ δι᾽ ὅλου τοῦ σκέλους τῆς ψύλλης διήκειν τὴν τέχνην ζῶντός τε αὐτοῦ καὶ τρεφομένου καὶ αὐξανομένου. ἀλλὰ τοσαύτη τις ἔοικεν ἥ τε σοφία καὶ ἡ δύναμις εἶναι τῆς δημιουργούσης τὴν ψύλλαν τέχνης, ὥστ᾽ ἀμογητὶ διαπλάττειν τε καὶ αὐξάνειν καὶ τρέφειν αὐτήν. ὁπότ᾽ οὖν περὶ τὰ τυχόντα τῶν ζώων τοσαύτη φαίνεται τέχνη κατὰ τὸ πάρεργον, ὡς ἂν εἰκάσαι τις, γινόμενα τῷ δημιουργῷ, πηλίκην αὐτοῦ τήν τε σοφίαν χρὴ νομίζειν εἶναι καὶ τὴν δύναμιν ἐν τοῖς ἀξιολόγοις;

Κεφ. β´. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο μέγιστον κέρδος ἐκ τῆσδε τῆς πραγματείας οὐχ ὡς ἰατροῖς ἡμῖν ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅπερ τοῦδε βέλτιον, ὡς δεομένοις ἐπίστασθαί τι περὶ χρείας

modo nec aliis plerisque. Quod fi quis aliquando ipfas videre plane potuit, eas incredibili artificio effe concinnatas affirmabat: nam et pedes fedecim quatuor equorum numerabamus, quorum qui partes omnes oculis difcernebant, mirabiliter articulatas effe afferebant. Quanquam horum quicquam opus crure pulicis praeftantius non habebant: nam praeterquam quod ars toti cruri pulicis ineft, dum ipfa vivit, alitur atque augetur, major adhuc alia quaedam effe videtur artis ejus, qui pulicem condidit, vis atque fapientia, quod ipfam nullo labore formet, nutriat et augeat. Quum igitur ars tanta in tam abjectis animalibus appareat, quae dixerit aliquis acceffionis vice ab opifice fuiffe facta, quantam ejus vim ac fapientiam in praeftantioribus ineffe putabimus?

Cap. II. Unum igitur ac maximum hoc nobis accedit ex hoc opere commodum, non tanquam medicis, fed (quod eo eft praeftantius) tanquam fcire aliquid cupien-

δυνάμεως, ἣν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων οὐδ' εἶναί φασιν ὅλως, μήτι γε δὴ προνοεῖσθαι τῶν ζώων. ἄλλο δὲ καὶ β' εἰς διάγνωσιν τῶν πεπονθότων μορίων ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος, ὅτῳπερ καὶ ἡ τῆς ἐνεργείας γνῶσίς ἐστιν ὠφέλιμος. ὡς γὰρ ὁ γινώσκων, ὅτι τὸ μὲν βαδίζειν σκελῶν ἐστιν ἔργον, ἡ δὲ τῶν σιτίων πέψις γαστρὸς, ἐπὶ μὲν τοῦ μὴ δυναμένου βαδίζειν εὐθὺς οἶδεν, ὅτι τῶν σκελῶν μόριόν τι πέπονθεν, ἐπὶ δὲ τοῦ μὴ πέπτοντος ἢ κακῶς πέπτοντος, ὅτι γαστρὸς, οὕτως ὁ γινώσκων, ὅτι τὸ λογιζόμενόν ἐστιν ἐν ἐγκεφάλῳ, παραφροσύνας καὶ φρενίτιδας, καὶ ληθάργους, καὶ μανίας, καὶ μελαγχολίας ἐγκεφάλου πάσχοντος ἤτοι κατὰ πρῶτον λόγον ἢ κατὰ συμπάθειαν εἴσεται γίνεσθαι. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἐνεργειῶν, οὕτω κἀπὶ τῶν χρειῶν ἔχει. τὸ γάρ τοι βαδίζειν ὥσπερ διὰ τὰ νεῦρα καὶ μῦς ἀπόλλυται τοὺς κατὰ σκέλη πάσχοντας, οὕτω καὶ διά τι τῶν ὀστῶν καταγνυμένων, ἢ τῆς οἰκείας διαρθρώσεως ἐξισταμένων. εἰ δ', ὅτι τὸ στηρίζεσθαι τοῖς σκέλεσι γίνεται δι'

tibus de vi ipſius utilitatis: quam philoſophorum nonnulli omnino eſſe negant, tantum abeſt, ut animalibus proſpicere fateantur. Secunda autem utilitas eſt ad affectus partium, quae intus in profundo corpore deliteſcunt, cognoſcendos: quam ad rem actionis cognitio magnum habet momentum. Quemadmodum enim, qui jam exploratum habet, quod crurum quidem actio eſt ambulatio, ventriculi autem ciborum concoctio, ſi quem viderit, qui ambulare non poſſit, ſtatim judicat partem cruris aliquam eſſe affectam, in eo autem, qui aut non concoquit, aut male concoquit, ventriculi, ita, qui novit facultatem animae ratiocinatricem eſſe in cerebro, deliria, phrenitidas, lethargos, manias, melancholias intelliget accidere, quum cerebrum aut prima ratione aut per conſenſum afficitur. Quemadmodum igitur in actionibus, ſic et in utilitatibus res ſe habet. Ut enim ambulatio tollitur, ſi nervi ac muſculi, qui cruribus inſunt, fuerint affecti, ita tolletur, ſi os aliquod fuerit fractum, aut ſuo articulo dimotum. Si vero neſcimus, quod per oſſa cruribus in-

Ed. Chart. IV. [703. 704.] Ed. Baf. I. (552.)

ὀστῶν, ἠγνοοῦμεν, οὐδ᾽ ἂν ὅτι πασχόντων αὐτῶν βλάπτεται τὸ ζῶον, ἔγνωμεν. οὕτω μὲν εἰς τὸ διαγνῶναι μόριον πεπονθὸς ἡ τῶν χρειῶν γνῶσις ὑπάρχει χρήσιμος οὐδὲν ἧττον τῆς τῶν ἐνεργειῶν. [704] ὡσαύτως δ᾽ ἔχει καὶ περὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον προγνώσεως. ὥσπερ γὰρ εἰς τὸ βαδίζειν ἡ τῶν ἐν τοῖς σκέλεσιν ὀστῶν οὐσία χρήσιμός ἐστιν, οὕτως ὅσα πάθη κατὰ ταῦτα γίνεται τῶν ἀνιάτων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν μεθ᾽ ἕλκους ἐξαρθρησάντων, ἐνδείξεται τὴν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἀνίατον βλάβην τοῦ γε βαδίζειν, ἀλλὰ κἂν χωρὶς ἕλκους ἀνίατον ἐξάρθρημα μείνῃ, καθάπερ ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἰσχίον γίνεται, πρὸς τῷ χωλείαν τοῦ σκέλους προδηλῶσαι γενησομένην. ἐξ ἀνάγκης ἄρα καὶ τὸν τρόπον αὐτῆς ἐνδείξεται τοιοῦτον ἐσόμενον, οἷον Ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐν τῷ περὶ ἄρθρων βιβλίῳ. τρίτη πρὸς τοῖς εἰρημένοις χρεία τῆς πραγματείας ταύτης ἐστὶ πρὸς τοὺς σοφιστάς, ὅσοι τάς τε κρίσεις ἡμῖν οὐ συγχωροῦσιν ὑπὸ τῆς φύσεως γίνεσθαι, τήν τ᾽ εἰς τὰ ζῶα πρόνοιαν αὐτῆς ἀφαιροῦνται. προβάλλοντες γὰρ οὗτοι πολλάκις ὧν ἀγνοοῦσιν αὐτοὶ μορίων

nitamur, haudquaquam fcire poffimus, quod offibus laefis animal laedatur. Eoque modo fit, ut ad cognofcendum, quaenam pars fit affecta, non minus conferat utilitatem, quam actionum cognitio. Eadem eft ratio et de futurorum praenotione. Quemadmodum enim ad ambulationem offium, quae cruribus infunt, fanitas eft utilis, fic qui affectus iis incidunt incurabiles, (ut in iis luxationibus, quae cum ulcere accidunt,) fignificabunt ambulationis noxam in futurum tempus infanabilem. Quin et fi fine ulcere luxatio maneat infanabilis, (quod accidit in coxendicum luxationibus,) praeterquam quod futuram neceffario cruris claudicationem ante fignificabit, modum etiam ipfius talem fore indicabit, cujusmodi Hippocrates in libro de articulis fcriptum reliquit. Tertia praeter praedictas utilitas hujus operis eft adverfus fophiftas, qui nobis non concedunt, crifes morborum a natura fieri, quique ipfam ullam animantium habere providentiam pernegant. Quum enim partium utilitates fibi ignotas nobis proponunt,

Ed. Chart. IV. [704.] Ed. Baſ. I. (552.)

τὰς χρείας ὥσπερ οὐκ οὔσας, ἀναιρεῖν ἐν τῷδε δοκοῦσιν τὴν τέχνην τῆς φύσεως· ἔπειτα καταγελῶσιν Ἱπποκράτους, ὅσα κριτικῶς ἡ φύσις εἴωθεν ἐργάζεσθαι, ταῦτ᾽ ἀξιοῦντος μιμεῖσθαι. διὰ τοῦτ᾽ οὖν ἀναγκαζόμεθα καὶ ἡμεῖς ἁπάντων ἐπισκοπεῖσθαι τὰς χρείας τῶν μορίων, εἰ καὶ μηδὲν εἰς διάγνωσιν πάθους ἢ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων συντελεῖ. μέγιστα δ᾽ ἰατρὸς ἐκ τῆς πραγματείας τῆσδε καὶ πρὸς τὰς ἰάσεις ὀνήσεται, καθάπερ γε κἀκ τῆς περὶ τῶν ἐνεργειῶν. ἐν γὰρ τῷ τέμνειν τέ τινα μόρια καὶ περιτέμνειν [,] ἢ ἐκκόπτειν, ἤτοι διεφθαρμένα πως, ἢ διὰ βελῶν ἢ διὰ σκολόπων ἐξαίρεσιν, ἐπιστάμενος τῶν μορίων τὴν χρείαν εἴσεται, τίνα μὲν ἀφειδῶς τέμνειν χρὴ, τίνων δὲ φείδεσθαι.

Κεφ. γ'. Ταῦτα τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα χρηστὰ τῆς δεικνυμένης ἡμῖν πραγματείας ὁ λόγος οὗτος ὥσπερ ἀγαθός τις ἐπῳδὸς ἐξηγεῖται. λέγω δ᾽ ἐπῳδὸν, οὐ τὸν ἐπῳδαῖς χρώμενον· ἀλλὰ μὲν γὰρ, ὡς ὁ παρὰ τοῖς μελικοῖς

in eo ſperant ſe artem naturae labeſacturos, Hippocratemque irrident, quod nobis naturam imitari in iis, quae ipſa per criſim facere conſueverit, praecipiat. Ob eam ſane cauſam cogimur et ipſi partium omnium uſus examinare, quae etiamſi nihil ad affectuum dignotionem aut futurorum praenotionem conferant, fructum tamen ex hoc opere medicus etiam ad curationes maximum percipiet, quemadmodum et ex eo opere, in quo de actionibus diſputatur. Nam in partibus quibusdam caedendis, aut circumcidendis, aut abſcindendis, nempe quando corruptae quodam modo fuerint, aut in eximendis ſagittis vel jaculis infixis, ſi ſingularum partium utilitatem probe calluerit, praeſcribet, quasnam audacter et ſecure, aut quas timide ac caute incidere oporteat.

Cap. III. Haec tota ac tanta hujus, quod ad finem perduximus, operis commoda liber iſte velut bonus quidam *ἐπῳδός* explicat. Dico autem nunc *ἐπῳδὸν* non eum, qui *ἐπῳδαῖς*, id eſt incantationibus, utitur, ſed, quemadmodum apud poëtas *μελικοὺς* (quos nonnulli ly-

ποιηταῖς, οὓς ἔνιοι λυρικοὺς ὀνομάζουσιν, ὥσπερ στροφή τίς ἐστι καὶ ἀντίστροφος, οὕτω καὶ τρίτος ἐπῳδὸς, ὃν ἱστάμενοι πρὸ τῶν βωμῶν ᾖδον, ὥς φασιν, ὑμνοῦντες τοὺς θεούς. ἐκείνῳ τοίνυν εἰκάσας τὸν λόγον τόνδε, τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ μετήνεγκα.

ricos appellant) in choris eſt στροφή quaedam atque ἀντίστροφος, ſic et tertius eſt ἐπῳδὸς, quo ſtantes ante deorum aras canebant, ut ajunt, hymnis deos celebrantes. Illi igitur librum hunc comparans, nomen ipſi illinc traductum impoſui.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΥΩΝ ΚΙΝΗΣΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. V. [364.] Ed. Baſ. I. (555.)

Κεφ. α'. Ὄργανα κινήσεως τῆς καθ᾽ ὁρμὴν οἱ μύες εἰσὶν, οὕτω δή τι πολὺ πλῆθος ὄντες, ὡς οὐδ᾽ ἀριθμῆσαι ῥάδιον αὐτούς. καὶ γὰρ καὶ συμφύονταί τινες ἀλλήλοις, ὡς δοκεῖν εἷς εἶναι, καί τις εἷς ὢν εἰς πολλοὺς τελευτήσας τένοντας οὐχ εἷς ἔτι μόνος, ἀλλ᾽ ὅσοι περ οἱ τένοντες εἶναι δοκεῖ. διὰ τοῦτ᾽ οὖν καὶ ὅτι πολυειδεῖς εἰσι τοῖς σχήμασιν, εἰς ἀνόμοιά τε καταφύονται μόρια, δυσφώρατον ἔχουσι τὸν τῆς κινήσεως τρόπον. εἴη δ᾽ ἂν οὐ μικρὸν οὐδὲ τὸ κατὰ διαφέροντας τόπους καὶ πολλάκις ἐναντίους ἐμφύεσθαι τοῖς

GALENI DE MOTV MVSCVLORVM
LIBER I.

Cap. I. Inſtrumenta motus voluntarii muſculi ſunt, quorum ſane adeo ingens multitudo eſt, ut ne numerare quidem eos facile ſit. Nam et natura ita quidam coaleſcunt inter ſeſe, ut videantur unus eſſe, et quum unus aliquis in multos deſinit tendones, non unus amplius ſolus, ſed tot, quot ſunt tendones, eſſe videntur. Idcirco, et quia multiplici ſunt figura, et in diſſimiles inſeruntur partes, modum motus difficulter comprehenſibilem habent. Erit autem ne id quidem parvum, videlicet ipſos muſculos innaſci partibus, quae moventur, in diverſa loca

κινουμένοις μορίοις αὐτούς. οἱ μὲν γὰρ ἄνωθεν, οἱ δὲ κάτωθεν, οἱ δ᾽ ἐκ τοῦ πρόσθεν, ἢ ὄπισθεν, ἢ ἔνθεν ἢ ἔνθεν ἐμβάλλουσιν. ἀλλὰ καὶ τμηθεὶς ἅπας μῦς ἐγκάρσιος μὴ πάνυ λεπτῇ μηδ᾽ ἐπιπολῆς τῇ τομῇ βλάπτει μέν τινα πάντως τῶν τοῦ μορίου κινήσεων, εἰς ὃ κατεφύετο. τῷ δ᾽ εἶναι πολυειδεῖς τὰς βλάβας καὶ ταύτῃ δυσφώρατος αὐτῶν ὁ τῆς κινήσεως τρόπος. αὐτίκα τῶν κατὰ σκέλη μυῶν ἄλλοτ᾽ ἄλλου τμηθέντος, ἢ κάμπτειν, ἢ ἐκτείνειν, ἢ ἐπαίρειν, ἢ καθιέναι, ἢ ἐπιστρέφειν ἀδυνατοῦσι τὸ κῶλον. τὰ δ᾽ αὐτὰ καὶ φλεγμοναὶ, καὶ σκίῤῥοι, καὶ σήψεις, καὶ θλάσεις αὐτῶν, καὶ σκληρότητες οὐλῶν ἐργάζονται κατά τε τὰ σκέλη καὶ τὰς χεῖρας οὐχ ἥκιστα. καὶ γὰρ τῶν ἐν αὐταῖς μυῶν πασχόντων, τινὲς μὲν ἐπαίρειν, ἢ ἐκτείνειν, ἢ κάμπτειν, ἢ καθιέναι τὰς χεῖρας οὐκ ἔτι δύνανται, τινὲς δ᾽ ἑκατέρωσε περιάγειν, ἢ ἐπιστρέφειν ὀπίσω. [365] τὰ δ᾽ αὐτὰ καὶ τῶν τενόντων πασχόντων γίνεται. καλοῦσι δ᾽ αὐτοὺς ἀπονευρώσεις μυῶν οἱ νεώτεροι, ὅτι, οἶμαι, τοὺς μῦς

et ſaepenumero contraria: alii enim deorſum, alii ſurſum, nonnulli ex anteriori parte, vel poſteriori, aut hinc, aut illinc inſeruntur. Quin etiam omnis muſculus ſectus per transverſum non valde tenui neque ſuperficiali ſectione nocet quidem omnino quibusdam motibus partis, in quam inſerebatur. Sed quia multiplicia ſunt nocumenta, et hoc etiam pacto modus ipſorum motus difficulter comprehendi poteſt. Siquidem muſculi, qui in cruribus ſunt, quum alius alias ſciſſus fuerit, vel flectere, vel extendere, vel extollere, vel demittere, vel convertere membrum ſtatim nequeunt. Eadem et phlegmone, et ſcirrhi, et putredines, et contuſiones eorum, et durities cicatricum efficiunt, et in cruribus, et in manibus maxime: etenim ex muſculis manuum patientibus quidam tollere, vel extendere, vel flectere, vel demittere eas non amplius poſſunt; quidam vero in utramque partem circumducere, vel convertere retro. Eadem tendonibus patientibus fiunt. Vocant autem eos recentiores aponeuroſes muſculorum, quoniam, ut puto, muſculos in eos

εἰς αὐτοὺς ὁρῶσι τελευτῶντας. μικτὴ δέ τις ἡ φύσις αὐτῶν ἐστι, καὶ μέση συνδέσμου τε καὶ νεύρου. σύνδεσμος γάρ ἐστιν, ὅ γοῦν ἰδίως, οὐ κοινῶς ὀνομαζόμενος, σῶμα νευρῶδες, ἐξ ὀστοῦ μὲν ὁρμώμενον πάντως, διαπεφυκὸς δὲ ἢ εἰς ὀστοῦν, ἢ εἰς μῦν. καὶ δῆλον, ὡς ἀπὸ τῆς χρείας αὐτῷ τοὔνομα. νεῦρον δὲ καὶ τόνος ἐξ ἐγκεφάλου ἢ νωτιαίου φύεται. κέκληται δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ἐνεργειῶν δυοῖν ὀνόμασιν ἓν ὄργανον, ὅτι νεύειν καὶ τείνειν πέφυκεν. ἡ δ᾽ οὐσία τοῦ σώματος αὐτῶν, ὡς εἰ νοήσαις πεπιλημένον τε καὶ πεπυκνωμένον καὶ διὰ τοῦτο σκληρότερον γεγονότα τὸν ἐγκέφαλον. ἔστι δὲ καὶ τὸ τοῦ νωτιαίου σῶμα παραπλήσιον ἐγκεφάλῳ πεπιλημένῳ τε καὶ διὰ τοῦτο σκληρῷ γεγονότι. καὶ γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου τὸ ὀπίσω μέρος τὸ τῷ νωτιαίῳ συνεχὲς σκληρότερον τοῦ πρόσω, καὶ ὅσα τῶν νεύρων ἐστὶ μαλακώτερα, ταῦτα οὐδὲν δόξει σοι νωτιαίου διαφέρειν. οὐ μὴν ὅ γ᾽ ἐν τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς μυελὸς τοιοῦτος, ἀλλ᾽ ὑγρὸς καὶ ῥυτὸς ὀλίγου δεῖν· μάλιστα δ᾽ ἂν αὐτοῦ

vident finire. Mixta autem quaedam eorum natura eft, et media inter ligamentum et nervum; ligamentum enim, proprie, non communiter, appellatum, eft corpus nervofum, ex offe quidem omnino ortum habens, infertum autem in os, aut in mufculum; conftat etiam, nomen ei ab ufu effe inditum; nervus autem et tonus ex cerebro aut fpinae medulla oriuntur; nuncupatur autem ab ipfis actionibus unum inftrumentum duobus nominibus, eo quod nutare feu flectere et tendere natum eft. Subftantia vero corporis eorum ea eft, ac fi intelligas ftipatum et denfatum ideoque duriufculum factum cerebrum. Eft etiam et fpinalis medullae corpus fimile cerebro compacto, et ob id duro facto; nam et ipfius cerebri pofterior pars, quae medullae fpinali continuatur, durior eft anteriori; et quicunque nervorum molliores funt, hi nihil a medulla fpinae differre tibi videbuntur. Medulla tamen, quae in aliis offibus eft, non talis vifitur, fed humida et propemodum fluxilis; maxime

τὸ μαλακὸν εἰκάσαις πιμελῇ. οὔκουν οὐδ᾽ ἐκφυόμενον εὑρήσεις τοῦ μυελοῦ τούτου νεῦρον οὐδὲν, οὔτ᾽ οὖν μαλακὸν οὔτε σκληρόν. ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς ἐγκεφάλου τε καὶ νωτιαίου σκεπάσμασιν ἐσκέπασται, οὐδ᾽ ἀρτηρίαι καὶ φλέβες διαπλέκουσιν αὐτὸν, ὥστε κατ᾽ οὐδὲν ἐγκεφάλῳ καὶ νωτιαίῳ προσέοικεν, οὐδ᾽ ἐστὶν αὐτῷ κοινωνία πρὸς μῦς οὐδεμία. πρὸς ἐγκέφαλον δὲ καὶ νωτιαῖον ἅπασι μυσὶν οὐ σμικρὰ κοινωνία· δέονται γὰρ ἢ παρ᾽ ἐγκεφάλου νεῦρον, ἢ παρὰ νωτιαίου λαβεῖν. καὶ τοῦτο τὸ νεῦρον ἰδέσθαι μὲν μικρὸν, οὐ μὴν τὴν δύναμιν μικρόν· ἐπιγνώσῃ δὲ τοῖς παθήμασι. καὶ γὰρ καὶ τεμνόμενον, καὶ θλιβόμενον, καὶ θλώμενον, καὶ βρόχῳ διαλαμβανόμενον, καὶ σκιῤῥούμενον, καὶ σηπόμενον, ἀφαιρεῖται τοῦ μυὸς ἅπασαν κίνησίν τε καὶ αἴσθησιν, ἀλλὰ καὶ φλεγμαίνοντος ἐσπάσθησάν τε καὶ παρέπαισαν οὐκ ὀλίγοι. καί τινες τῶν οὕτως ἐχόντων ἰατροῦ σοφωτέρου τυχόντες τεμόντος τὸ νεῦρον αὐτίκα μὲν ἐπαύσαντο τοῦ σπᾶσθαί τε καὶ παραπαίειν· ὕστερον δὲ τὸν μῦν, εἰς

vero ipfius mollem fubftantiam affimilare pinguedini poffes; quapropter nec exoriri ex hac medulla nervum aliquem invenies, neque mollem, neque durum; quin nec cerebri et medullae fpinalis tegumentis operta eft, nec praeterea arteriae atque venae intexunt eam; itaque nullo pacto cerebro et medullae fpinali fimilis eft, nec ipfi ulla communicatio cum mufculis. Sed cum cerebro et medulla fpinae omnibus mufculis non parva communicatio eft; nam aut a cerebro, aut a medulla fpinae nervum accipiant neceffe eft, qui vifu quidem parvus, fed facultate minime parvus. Cognofces autem ex affectibus; nam incifus, oppreffus, contufus, laqueo interceptus, fcirrhis affectus et corruptus aufert mufculo omnem motum et fenfum. Quin et nervo inflammato non pauci convulfione correpti funt et mente alienati; quorum quidam fic affecti, quum fapientiorem medicum nacti effent, nervo incifo ftatim convulfione et mentis alienatione liberati funt, fed poftea mufculum, in quem

ὃν ἐνέβαλε τὸ νεῦρον, ἀναίσθητόν τε καὶ ἀχρεῖον εἰς τὰς κινήσεις ἔσχον. οὕτως ἄρα μεγάλη τις δύναμις ἐν τοῖς νεύροις ἐστὶν, ἄνωθεν ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀρχῆς ἐπιῤῥέουσα· οὐ γὰρ δὴ ἐξ αὑτῶν γε οὐδὲ σύμφυτον αὐτὴν ἔχει. γνοίης δ᾽ ἂν τῷδε μάλιστα, εἰ τεμῃς τῶν νεύρων τούτων ὁτιοῦν ἢ τὸν νωτιαῖον αὐτόν. ὅσον μὲν γὰρ ἀνωτέρω τῆς τομῆς συνεχὲς ἐγκεφάλῳ, τοῦτο μὲν ἔτι διασώσει τὰς τῆς ἀρχῆς δυνάμεις, τὸ κατωτέρω δὲ πᾶν οὔτ᾽ αἴσθησιν οὔτε κίνησιν οὐδενὶ χορηγεῖν δυνήσεται. λόγον οὖν ὀχετῶν ἔχοντα τὰ νεῦρα καθάπερ ἔκ τινος πηγῆς τοῦ ἐγκεφάλου τοῖς μυσὶ παράγονται τὰς δυνάμεις. ἐπειδὰν πρῶτον δ᾽ αὐτοῖς ὁμιλήσῃ, σχίζεται πολυειδῶς ἄλλην ἐπ᾽ ἄλλῃ σχίσιν, καὶ τέλος εἰς λεπτὰς καὶ ὑμενώδεις ἶνας ὅλα λυθέντα πᾶν οὕτω τὸ τοῦ μυὸς σῶμα διαπλέκει. οἱ δ᾽ αὖ σύνδεσμοι, καθ᾽ οὓς τοῖς ὀστοῖς οἱ μύες συνδοῦνται καὶ συμφύονται, τούς θ᾽ ὑμένας τοὺς ἀμφ᾽ αὐτοὺς γεννῶσι, καί τινας εἴσω διαφύσεις εἰς αὐτὴν τὴν σάρκα τῶν μυῶν πέμπουσιν, ἣν ὥσπερ τινὰ χώραν

nervus infertus erat, infenfilem atque inutilem ad motum habuerunt. Adeo certe magna quaedam vis eft in nervis, fuperne a magno principio affluens; non enim ex fe ipfis eam neque connatam habent. Cognofcere etiam potes hinc maxime, fi incideris quemcunque iftorum nervorum, aut fpinalem ipfam medullam; quantum enim fuperius eft incifione, continuum cerebro, id quidem adhuc confervabit principii facultates; omne autem, quod inferius eft, neque fenfum, neque motum ulli praebere poterit. Nervi itaque rivorum in morem a cerebro ceu ex quodam fonte deducunt mufculis facultates, quos quum primum attigerint, fcinduntur multipliciter in aliam fubinde atque aliam fectionem, tandemque in tenues et membraneas fibras toti foluti totum fic mufculi corpus intertexunt. Ligamenta vero, per quae mufculi offibus colligantur et coalefcunt, et membranas circa ipfos gignunt, et quasdam intro propagines in ipfam carnem mufculorum mittunt; quam veluti quen-

μοι νόει πολλοῖς ὀχετοῖς ἀρδευομένην, ἑνὶ μὲν τῷ πρόσθεν εἰρημένῳ τῷ νεύρῳ, δύο δ᾽ ἄλλοις, τῷ μὲν αἵματος θερμοῦ καὶ λεπτοῦ καὶ ἀτμώδους, τῷ δὲ ψυχροτέρου τε καὶ παχυτέρου. [366] καλεῖται δ᾽ αὐτῶν τὸ μὲν ἀρτηρία, τὸ δὲ φλέψ. οὗτοι μὲν οὖν οἱ ὀχετοὶ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ καρδίας καὶ ἥπατος ἔχοντες, τὸ σῶμα τῶν μυῶν ἄρδουσι, καὶ διὰ τούτους οὐκέτι χώρα τις ἁπλῶς, ἀλλ᾽ οἷον φυτὸν ὁ μῦς γίνεται, διὰ δὲ τὸν τρίτον ὀχετὸν τὸν ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀρχῆς οὐ φυτὸν, ἀλλ᾽ ἤδη κρεῖττον φυτοῦ, προσλαβὼν αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν τὴν καθ᾽ ὁρμὴν, οἷς τὸ ζῶον τοῦ μὴ ζώου διαφέρει. διὰ ταύτας οὖν τὰς δυνάμεις ὄργανον ψυχικὸν ὁ μῦς ἐγένετο, καθάπερ δι᾽ ἀρτηρίαν καὶ φλέβα φυσικόν. καὶ γὰρ οὖν καὶ τῶν κινήσεων αἱ μὲν ἀρτηρίας τε καὶ φλεβὸς φυσικαί τε καὶ χωρὶς ὁρμῆς, αἱ δὲ τῶν μυῶν ψυχικαί τε καὶ μεθ᾽ ὁρμῆς. εἴτε δὲ μετὰ προαιρέσεως λέγοις τὰς τῶν μυῶν γίνεσθαι κινήσεις, ἢ ἑκουσίως, ἢ μετὰ βουλήσεως, οὐδὲν διοίσει. ἑνὸς γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις ἐστο-

dam locum intellige multis rivis irriguum, uno quidem praedicto nervo, duobus vero aliis, altero ſanguinis calidi et tenuis et vaporoſi, altero frigidioris et craſſioris; vocatur autem ipſorum alter arteria, alter vena. Iſti igitur rivi principium a corde et hepate habentes corpus muſculorum irrigant, quorum gratia non amplius locus quidam nomine abſoluto, ſed jam quaſi planta muſculus fit: jam vero propter tertium rivum, qui a principio magno deducitur, non planta, ſed quoddam praeſtantius planta redditur, aſſumpto ſenſu et motu voluntario, quibus animal a non animali differt. Propter has igitur facultates inſtrumentum animale muſculus factus eſt, quemadmodum propter arteriam et venam naturale: etenim motus, qui ex arteria et vena procedunt, naturales ſunt et voluntatis expertes, qui autem a muſculis, animales et voluntarii. Sive autem conſulto dicas muſculorum fieri motus, ſive ſpontaneos, aut cum voluntate, nihil refert: unum enim in omnibus his con-

χάσθαι χρὴ, τοῦ διορίσασθαι τὴν κίνησιν αὐτῶν ἀπὸ τῆς τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν κινήσεως· ὥστ᾽, εἰ καὶ μὴ ἱκανὸς εἴης ἐν ὀνόμασιν ἐνδείξασθαι τὴν διαφορὰν, αὐτάρκως ὃ βούλῃ δηλώσεις. τί δή ποτε δ᾽ οὐκ αἰσθήσεως ὄργανον εἴπομεν εἶναι τὸν μῦν, ἀλλὰ κινήσεως μόνης, καίτοι γ᾽ ἀμφοτέρων ὁμοίως αὐτῷ μέτεστι; ἢ ὅτι κίνησις μὲν οὐκ ἂν γένοιτο τοῖς ζώοις οὐδεμία καθ᾽ ὁρμὴν ἄνευ τῶν μυῶν, ὥστ᾽ ἴδιον αὐτῆς ὄργανον ὁ μῦς, αἴσθησις δὲ ὑπάρχει τοῖς αἰσθητικοῖς μορίοις ἅπασι καὶ χωρὶς μυῶν; ὅ τι γὰρ ἂν αὐτῶν μετάσχῃ νεύρου, τοῦτο πάντως αἰσθάνεται. τί μὲν οὖν ὁ μῦς ἐστιν, εἴρηται σαφῶς, ὅτι τῆς κινήσεως καθ᾽ ὁρμὴν ὄργανον· εἴρηται δὲ καὶ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως αὐτῷ, καὶ δι᾽ ὧν, ὡς ἀπ᾽ ἐγκεφάλου τε καὶ διὰ νεύρων· εἴρηται δὲ καὶ ὅπως εἰς αὐτὸν ταῦτα σχίζεται, καὶ ὅπως οἱ σύνδεσμοι.

Κεφ. β΄. Λείποι δ᾽ ἂν ἔτι περὶ τῆς τῶν τενόντων φύσεως εἰπεῖν πρὸς τὸ μηδὲν ἀσαφὲς ὑπολείπεσθαι τοῖς

jectari oportet, quomodo videlicet difcernas motum ipforum a motu arteriarum et venarum. Itaque, etiamfi nequeas in nominibus oftendere doctrinam, abunde fatis, quod vis, fignificabis. Cur igitur non fenfus inftrumentum effe mufculum diximus, fed motus duntaxat, quanquam plane utriusque fimiliter ipfe fit particeps? an quia motus quidem nullus utique fieri poffet animalibus voluntarius absque mufculis? Quare proprium ipfius inftrumentum mufculus eft. Senfus autem ineft omnibus fenfilibus partibus etiam fine mufculis; quaecunque enim ipfarum particeps fit nervi, ea omnino fentit. Quid igitur fit mufculus, clare dictum eft, nempe motus voluntarii inftrumentum. Dictum eft etiam, unde principium motus fit ipfi et per quae; puta a cerebro et per nervos. Dictum praeterea et quemadmodum in ipfum hi diftribuantur, et quemadmodum ligamenta.

Cap. II. Reliquum autem adhuc eft de natura tendonum dicere; quo nihil obfcurum relinquatur fermoni-

ἑξῆς λόγοις. ὅτι μὲν οὖν οἷον μικτή τις ἡ φύσις ἐστὶ τῶν τενόντων ἔκ τε τῶν συνδέσμων (554) καὶ τῶν νεύρων, εἴρηται μὲν οὖν καὶ τοῦτο πρόσθεν, ἀλλ᾽ ὁ λογισμὸς αὐτοῦ παραλέλειπται, νῦν δὲ προσκείσεται. σκληρότερός ἐστιν ὁ τένων νεύρου τοσοῦτον, ὅσον συνδέσμου μαλακώτερος, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος τηλικοῦτος, οἷος ἐξ ἀμφοῖν μάλιστα γεγονέναι, καὶ σύνδεσμος μὲν ἅπας ἀναίσθητος, νεῦρον δὲ ἅπαν αἰσθητικόν. ὁ δὲ τένων οὔτ᾽ ἀναίσθητος, ὅτι καὶ νεύρου μετέσχεν, οὔθ᾽ οὕτως αἰσθητικὸς, ὡς τὸ νεῦρον, οὐ γάρ ἐστι νεῦρον μόνον. εἰς ὅσον οὖν μέτεστιν αὐτῷ συνδέσμου φύσεως, εἰς τοσοῦτον ἤμβλυνται τὸ τῆς αἰσθήσεως ἀκριβές. ἀλλὰ κἀκ τοῦ φύεσθαι μὲν ἐκ τῆς τελευτῆς τοῦ μυὸς τὸν τένοντα, καταφύεσθαι δὲ εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τό τε νεῦρον καὶ τοὺς συνδέσμους, εἶτ᾽ εἰς ὅλον διασπείρεσθαι τὸν μῦν, εὔλογον ἐξ ἀμφοῖν γεγονέναι τὸν τένοντα. σαφέστερον δ᾽ ἂν μάθοις αὐτὸ διὰ τῆς ἀνατομῆς. ἐναργῶς γὰρ ὄψει τὴν μὲν ἀρχὴν, ἣν καλοῦσι κεφαλὴν μυὸς, νευρωδεστέραν, τὰ δὲ μέσα σαρκωδέστερα, ἵνα

bus, qui deinceps ſequuntur. Quod igitur mixta quaedam natura tendonum ſit ex ligamentis et nervis, dictum quidem et hoc ante; ſed ratiocinatio ejus omiſſa eſt, nunc vero adjungetur. Tendo tanto durior eſt nervo, quanto ligamento mollior; quin et mole corporis talis, ut qui ex ambobus maxime factus ſit. Et ligamentum quidem omne inſenſile; nervus autem omnis ſenſu praeditus; tendo vero neque inſenſilis, quia etiam nervi eſt particeps, nec ita ſenſilis, ut nervus, non enim nervus eſt tantum. Quatenus igitur particeps eſt ligamenti naturae, eatenus hebetatur acrimonia ſenſus. Quin etiam, quia naſcitur quidem tendo ex fine muſculi, inſeruntur autem in caput ipſius et nervus et ligamenta, deinde in totum muſculum diſperguntur, rationabile eſt ex ambobus tendonem eſſe factum. Clarius autem id ſcire poſſis per diſſectionem. Evidenter enim videbis principium quidem, quod vocant caput muſculi, magis nervoſum, media vero carnoſiora, ubi ventres (ut vocant)

περ αἱ καλούμεναι κοιλίαι τῶν μυῶν εἰσιν. ἐντεῦθεν δ' αὖθις ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἔτι νευρωδέστερος γίνεται κατὰ τὴν αὐτὴν τῇ πρόσθεν ἀναλογίαν. καὶ τέλος εἰς τοσοῦτον μᾶλλον νευρῶδες φαίνεται τὸ κάτω πέρας, εἰς ὅσον περ καὶ κατὰ τὴν κεφαλήν. τὸ δὲ νεῦρον τὸ καθῆκον εἰς αὐτὸν [367] κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἔμφυσιν εἰς ὀλίγας νενέμηται μοίρας· ἐκείνων δ' αὖθις εἰς ἑτέρας τεμνομένων, καὶ τούτων τεμνομένων αὖθις εἰς ἄλλας, καὶ μέχρι τοσούτου τῆς σχίσεως προϊούσης, ὥστ' εἰς ὑμενώδεις καὶ πάνυ λεπτὰς ἶνας τελευτῆσαι, καὶ πάλιν ἐκ τούτων τῶν μορίων συνιόντων πρὸς ἄλληλα καὶ ποιούντων νεῦρα, μείζονα μὲν τὸν ὄγκον τῶν ἔμπροσθεν, ἐλάττονα δὲ τὸ πλῆθος, ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ μυὸς ἴσα τὸν ἀριθμὸν καὶ τὸ μέγεθος ταῦτα τοῖς κατὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν γίνεται. ἐπεὶ δ' αὖθις ὁ τένων φύεται πολὺ μείζων τοῦ καθήκοντος εἰς τὸν μῦν νεύρου, δῆλον οὖν, ὡς οὐκ ἐκ τοῦ νεύρου μόνον ἐγένετο, ἀλλά τι καὶ τῶν συνδέσμων τῆς φύσεως προσέλαβε, καὶ οὐκ ὀλίγον γε τοῦτο. πολλαχόθι μὲν γὰρ ἑξαπλάσιος, πολλαχόθι δὲ καὶ δεκαπλάσιος τῷ πάχει τοῦ νεύρου φαίνεται. καὶ

muſculorum ſunt; inde rurſus eadem, qua prius, proportione multo ſemper nervoſior efficitur; tandem eo magis nervoſus apparet finis inferior, quo etiam apparet in capite. Nervus autem perveniens ad ipſum in prima quidem inſertione in pauciores diſtribuitur portiones; illis rurſus in alias ſciſſis, hisque iterum ſectis in alias, eo usque tandem ſciſſura procedit, ut in membraneas et valde tenues fibras deſinat; rurſus hae particulae invicem coëunt, ac nervos mole quidem prioribus majores, caeterum numero pauciores generant; qui in fine muſculi et numero et magnitudine pares iis, qui initio primo locantur, evadunt. Quoniam vero rurſus tendo naſcitur multo major nervo, qui in muſculum deſcendit, manifeſtum eſt, quod non ſolum ex nervo factus eſt, verum etiam aliquid ex natura ligamentorum aſſumpſit, nec ſane hoc modicum; multis enim locis ſexcupla, multis etiam decupla craſſitudine nervum ſuperat. Et me-

προσηκόντως ἄρα τοιοῦτός τε καὶ τηλικοῦτος ἐγένετο, μέλλων γε καὶ τὴν τοῦ νεύρου καὶ τὴν τοῦ συνδέσμου χρείαν παρέξειν. συνδεῖ μὲν γὰρ τὸν μῦν τοῖς ὑποκειμένοις ὀστοῖς, εἰς ἃ καταφύεται, καὶ ταύτῃ μὲν οὐδὲν διαφέρει συνδέσμου· αἰσθάνεται δὲ καὶ κινεῖται, καὶ ταύτῃ πάλιν νεύρου μετέχει. μείζων δὲ ἐγένετο τοῦ νεύρου, μέλλων γε κινήσειν αὐτὸς τὸ ὀστοῦν. καταφύεται γὰρ ὡς τὸ πολὺ πᾶς τένων εἰς ὀστοῦ μὲν πέρας παρηλειμμένον χόνδρῳ, οὐ μὴν τὸ τυχόν γε τούτου πέρας, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχεν αὐτὸς, ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν πλατυνθεὶς, ἑλίττεται περὶ τοῦ ὀστοῦ τὸ ἄνω, ὃ καλεῖται κεφαλή. οὕτως γὰρ ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ μυὸς ἑλκόμενος ὁ τένων αὐτὸς συμφυὲς ὂν αὐτῷ τὸ ὑποκείμενον ὀστοῦν συνεφέλκεσθαι. δεσμοῦ μὲν γὰρ ἀσφαλοῦς τινος ἔδει τῷ μυῒ πρὸς τὸ κινηθησόμενον ὀστοῦν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ οὐδὲν ἦν ἐπιτηδειότερον συνδέσμου εἰς τοῦτο. τὸ δὲ νεῦρον τὸ ἀπ᾽ ἐγκεφάλου, ὁδός τις ὂν δυνάμεως κινητικῆς, ἕνεκα τοῦ μεταδοῦναι ταύτης συμπαρεξετάθη τε καὶ συνανεμίχθη τῷ συνδέσμῳ, καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοῖν ὁ τένων ἐγένετο.

rito ſane tantus et talis factus eſt, ut qui et ligamenti et nervi uſum exhibiturus erat; alligat enim muſculum ſubjectis oſſibus, in quae inſeritur, et hac quidem ratione nihil differt a ligamento; ſentit autem et movetur, qua ratione nervi eſt particeps. Major autem factus eſt nervo, quippe qui os moturus ſit; inſeritur enim ut plurimum omnis tendo in oſſis terminum, cartilagine illitum. Sed non eſt hic terminus quilibet, nec ipſe tendo quivis; verum ipſe quidem dilatatus involvitur circa ſuperiorem partem oſſis, quae vocatur caput: ſic enim, quum ipſe trahitur a muſculo, erat contracturus os ſubjectum, connatum ſibi; vinculo enim tuto quodam erat opus muſculo cum oſſe a ſe movendo, nec erat aliud ad hoc aptius ligamento; nervus autem, qui a cerebro procedit, via quaedam exiſtens facultatis motricis, ut eam communem faciat, ſimul extenſus eſt et commixtus ligamento; et ita tendo factus eſt ex utrisque.

Κεφ. γ'. Ἅπας μὲν οὖν τένων εἰς ὀστοῦν καταφύεται τοὐπίπαν, οὐ μὴν ἅπας γε μῦς εἰς τένοντα τελευτᾷ. τῶν γ' οὖν τὴν γλῶτταν κινούντων μυῶν οὐδενὶ τένων φύεται, οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο κινεῖν οὐδὲν ὀστοῦν ἡ γλῶττα, μέλλουσά γε καὶ φωνὴν διαρθρώσειν, καὶ χυμοὺς διακρίνειν, καὶ τῇ μασσήσει τε καὶ τῇ καταπόσει συνεργήσειν. εἰ δέ τῳ δοκεῖ καὶ ἡ καρδία παραπλησίως ἔχειν, οὐκ ἀκριβῶς οὗτος κατεσκέψατο σῶμα μυός, ἢ πάντως ἂν ἔγνω πολὺ διαφέρουσαν αὐτὴν καὶ πάχει, καὶ διαπλάσει, καὶ πλοκῇ, καὶ σκληρότητι μυός, καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς ἔργοις οὐδὲν ἐοίκασιν. ἡ μὲν γὰρ ἐν τῇ διπλῇ καὶ συνθέτῳ κινήσει διὰ παντὸς ἐκ διαστολῆς καὶ συστολῆς συγκειμένη, μηδὲν τῆς ὁρμῆς τοῦ ζώου πρὸς τὸ γενέσθαι δεομένη· τοῖς μυσὶ δ' οὔθ' αἱ κινήσεις ὅμοιαι, καὶ χωρὶς ὁρμῆς οὐκ ἂν γένοιντο. σύνδεσμοι μὲν γάρ τινές εἰσιν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἀκριβῶς ἐοικότες τένουσιν, ὑπὲρ ὧν τῆς χρείας ἑτέρωθι λέγομεν. ἀκουέτω δὲ νῦν τοὔνομα κατὰ τὸ κοινὸν τοῦ συνδέσμου

Cap. III. Omnis igitur tendo in os omnino inferitur; non tamen omnis mufculus in tendonem definit. In nullo enim mufculorum moventium linguam nafcitur tendo; nullum enim os lingua erat motura, fed vocem editura articulatam, et fapores dijudicatura, et mafticationi atque deglutitioni adjumento futura. Quod fi cui videtur cor fimiliter habere, hic non diligenter confideravit mufculi corpus: alioquin cognofceret, ipfum a mufculo multum differre et craffitudine, et conformatione, et contextu, duritieque; quin etiam et operibus nequaquam conveniunt, hoc enim ad duplicem et compofitum motum, qui perpetuo ex diaftole et fyftole confiftit, faciendum minime indiget voluntate animalis, mufculis vero neque motus fimiles funt, citraque voluntatem nunquam fieri poffent. Sunt enim quaedam ligamenta in ventriculis cordis, ad unguem fimilia tendonibus, de quorum ufu alibi dicemus; intelligatur autem nunc nomen ligamenti fecundum communem figni-

σημαινόμενον. ἀλλὰ τά γε χείλη τοῦ στόματος, ἀκριβεῖ συγκράσει δέρματος καὶ μυὸς γεγονότα, χωρὶς ὀστοῦ κινεῖται. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κινοῦνται μὲν καθ᾽ ὁρμὴν καὶ αὐτοὶ ὑπὸ μυῶν, οὐδὲν δ᾽ αὐτοῖς ὀστοῦν συγκινεῖται. [368] καὶ μὴν καὶ τὸ δέρμα τὸ κατὰ τὸ μέτωπόν τε καὶ τὰς ὀφρῦς καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ προσώπου τῶν ὀστῶν ἀτρεμούντων κινεῖται καθ᾽ ὁρμήν. τοσόνδε μέντοι τὸ διαφέρον ἐστὶ τῷ δέρματι τούτῳ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ τοῖς χείλεσιν, ὅτι τῷ μὲν ἀντὶ τούτου ὑποτέτακται μυώδης φύσις λεπτὴ, τοὺς δ᾽ ὀφθαλμοὺς μᾶλλον οἱ μύες κινοῦσιν, ἡ δὲ τῶν χειλῶν φύσις δέρματος κραθέντος μυῒ γίνεται. εἰ δὲ καὶ ὁ στόμαχος τῆς γαστρὸς, ὃν οἰσοφάγον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, αὐτός τε μῦς ἐστι καὶ τὰ τοῦ μυὸς ἔργα τοῖς ζώοις ὑπηρετεῖ, εἴη ἂν καὶ οὗτος ὁ μῦς οὔτε εἰς τένοντα τελευτῶν, οὔτε ὀστοῦν συγκινῶν. ὁ μέντοι κατὰ τὸν τράχηλον τῆς τὸ οὖρον ὑποδεχομένης κύστεως τήν τε οὐσίαν τοῦ σώματος ἀκριβῶς ἔοικε μυῒ, καὶ τοὖργον αὐτῷ μυός, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ κατὰ τὴν ἕδραν, εἴτ᾽ οὖν ἕνα μόνον ἐκεῖνον τὸν μῦν, εἴτε

ſicatum. At labra oris exacta plane compactione cutis et muſculi facta absque oſſe moventur. Similiter et ipſi oculi motum habent voluntarium a muſculis; nullum autem os cum eis movetur. Praeterea et cutis, quae in fronte et ſuperciliis eſt, tum plurimae partes faciei, oſſibus quieſcentibus, motu moventur voluntario. Ea tamen differentia eſt inter hanc cutem et oculos et labra, quod illi quidem pro muſculo ſubjecta eſt natura muſculoſa tenuis, oculos autem magis muſculi movent, labrorum vero natura cute admixta muſculo fit. Quod ſi etiam ſtomachus ventriculi, quem oeſophagum vocabant veteres, muſculus eſt et ipſe, et muſculi officia animalibus miniſtrat, erit utique et hic muſculus neque in tendonem deſinens, neque os ſimul movens. At qui in cervice veſicae ſuſcipientis urinam eſt, et ſubſtantia corporis omnino muſculo ſimilis eſt et actione; quemadmodum ſane et qui in ſede, ſive illum unum ſolum

πλείους συμφυεῖς χρὴ νομίζειν. κινεῖται δ᾽ οὐδ᾽ ὑπὸ τούτων οὐδὲν ὀστοῦν, ὥσπερ οὐδ᾽ ὑπὸ τῶν εἰς τοὺς ὄρχεις καὶ τὸ αἰδοῖον καθηκόντων. ἐν κεφαλαίῳ δὲ κατὰ πάντων τῶν μυῶν λεκτέον, ὅτι κινήσεως τῆς καθ᾽ ὁρμὴν ὄντες ὄργανα ποτὲ μὲν ἑαυτοὺς μόνους κινοῦσι συστέλλοντες, ὡς οἱ τῆς ἕδρας τε καὶ τῆς κύστεως, ποτὲ δὲ καὶ τὸ δέρμα πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν ἑλκόμενοι συνεπισπῶνται, καθάπερ οἱ κατὰ τὰ χείλη καὶ τὸ μέτωπον, καὶ ὅλως οἱ κατὰ τὸ πρόσωπον. ἐκ τούτων μὲν οὖν οὐδεὶς ἀποφύεται τένων· οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες μύες, ὅσοι μὲν ὀστᾶ κινοῦσιν, εἰς τένοντας τελευτῶσι τοὐπίπαν, ἢ μείζους, ἢ ἐλάττους, ὅσοι δ᾽ ἄλλο τι τούτων, τοῖς μέν εἰσι τένοντες, τοῖς δ᾽ οὔ. κινοῦσι δὲ ἄλλο τι καὶ οὐκ ὀστοῦν οἵ τε τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ οἱ τῆς γλώττης, καὶ οἱ τῶν ὀρχεών τε καὶ τοῦ αἰδοίου, καὶ οἱ τῆς φάρυγγος, καὶ οἱ κατὰ τὸν λάρυγγα μάλιστα· καλεῖται δ᾽ οὕτω τὸ ἄνω πέρας τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὅπερ καὶ κεφαλὴν ὀνομάζουσι βρόγχου τε καὶ φάρυγγος. οἱ μὲν οὖν τῶν ὀφθαλμῶν ὑμενώδεσι μὲν, ἀλλὰ ἰσχυραῖς

musculum, five plures unitos existimare oportet; movetur autem ab his os nullum, quemadmodum ne ab illis quidem, qui in testes et penem descendunt. In summa de omnibus musculis dicendum, quod motus voluntarii sunt instrumenta, tum quandoque se ipsos duntaxat movent contracti, ut musculi sedis et vesicae, quandoque vero et cutem, ad principium suum dum trahuntur, simul attrahunt, velut ii, qui in labris et fronte, et omnino in facie sunt; ab his itaque nullus nascitur tendo. Caeteri omnes musculi, quicunque ossa movent, in tendones omnino vel majores vel minores terminantur; qui vero aliud quidpiam quam os movent, horum quibusdam sunt tendones, quibusdam vero non. Movent autem aliud quiddam, non os, musculi oculorum, linguae, testium et penis, item et pharyngis, tum qui maxime sunt laryngis; vocatur ita superior terminus asperae arteriae, quod et caput appellant bronchi et larynga. Musculi igitur oculorum mem-

ἀπονευρώσεσιν, εἰς τὸν σκληρὸν καὶ νευρώδη χιτῶνα τὸν περικείμενον τῷ ῥαγοειδεῖ καθήκουσιν. οἱ δὲ τοῦ αἰδοίου τε καὶ τῶν ὄρχεων, οὐδεμίαν ἀπονεύρωσιν ποιησάμενοι, τοῖς σαρκώδεσι σφῶν αὐτῶν μορίοις ἐμφύονται. τῶν δὲ κατὰ τὴν φάρυγγα καὶ τὸν λάρυγγα μυῶν τοῖς μὲν ἀμυδραί τινες ἀπονευρώσεις, τοῖς δὲ οὐδ᾽ ὅλως εἰσί, κινήσεως δὲ τρόπος ἄλλος ἄλλοθι φαίνεται. κατὰ μέν γε τὴν γλῶτταν οὐκ ἔστιν ἥντινα κίνησιν οὐκ ἂν ἴδοις· ἄνω τε γὰρ καὶ κάτω, καὶ πρόσω, καὶ ὀπίσω, καὶ τῇδε κἀκεῖσε φαίνεται περιφερομένη, καὶ τὰ μὲν οἷον ἀνακλωμένη τε καὶ ἀναπτυσσομένη, τὰ δὲ καὶ κυκλοτερῶς πάντη περιφερομένη. κατὰ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τέτταρες (555) μέν εἰσιν εὐθεῖαι κινήσεις ἄνω καὶ κάτω, καὶ εἰς δεξιὰ, καὶ ἀριστερὰ, δύο δ᾽ ἄλλαι περιστρεφομένων ἐν κύκλῳ. δύο δὲ τῶν κατὰ τοὺς κροτάφους μυῶν· ἐρειδόντων μὲν γὰρ ἀλλήλοις τοὺς ὀδόντας τείνονταί τε καὶ κυρτοῦνται, κεχηνότων δὲ χαλῶνται καὶ προστέλλονται. καὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ κατὰ τὸν βραχίονα μυὸς τοῦ μεγάλου κίνησις ἱκανῶς ἐπιφανὴς, ἐν μὲν τῷ κάμπτειν κατ᾽

braneis quidem, fed validis aponeurofibus in duram et nervofam tunicam adjacentem rhagoidi perveniunt. Penis autem et teftium, nulla aponeurofi facta, carneis ipforum partibus innafcuntur. Porro mufculorum, qui in pharynge et larynge funt, quibusdam obfcurae quaedam aponeurofes, quibusdam omnino non funt. Motus autem modus alius alibi exiftit. In lingua quidem motum omnem videre poffis: furfum enim et deorfum, ante et retro, finiftrorfum et dextrorfum apparet circumferri, et partim quidem quafi replicata et explicata, partim vero etiam circulariter undique circumducta. Sed in oculis quatuor quidem funt recti motus, furfum et deorfum, dextrorfum et finiftrorfum, duo autem alii circulares. Duo etiam mufculorum circa tempora; firmantibus enim dentes invicem tenduntur atque curvantur, hiantibus vero laxantur et porriguntur. Quin etiam motus magni mufculi in brachio fatis perfpicuus, dum flectendo cu-

Ed. Chart. V. [368. 369.] Ed. Baf. I. (555.)

ἀγκῶνα κυρτουμένου τε καὶ εἰς ἑαυτὸν συνιόντος, ἐν δὲ ταῖς ἐκτάσεσι χαλωμένου τε καὶ προστελλομένου. τὰς δ᾽ αὐτὰς κινήσεις ὁ τοῦ πήχεως μῦς ὁ μέγας ἐναργῶς ἐντὸς ἔχει φαινομένας, ἐν μὲν τῷ κατακάμπτειν τοὺς δακτύλους κυρτούμενός τε καὶ συντεινόμενος, ἐκτεινόντων δὲ καὶ αὐτὸς ἐκτεινόμενός τε καὶ χαλώμενος καὶ προστελλόμενος. οὕτως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι μύες ὀλίγου δεῖν ἅπαντες οἱ κατὰ τὰ κῶλα διττὰς ἔχοντες φανοῦνται κινήσεις, εἰ γυμνώσεις αὐτοὺς τοῦ δέρματος· οἱ μὲν γὰρ εἰρημένοι καὶ χωρὶς τοῦ γυμνῶσαι διὰ μέγεθος. ἐν τοῖς ἰσχνοῖς γὰρ καὶ μυώδεσι σώμασιν [369] οἱ πλεῖστοι τῶν μυῶν ἐναργῶς φαίνονται κινούμενοι, πρὶν γυμνωθῆναι τοῦ δέρματος. ἰδίαν δέ τινα κίνησιν, ὅτι καὶ τὸ σχῆμα διάφορον, ὁ κατὰ τὴν ἕδραν ἐκτήσατο μῦς τοῖς συσπαστοῖς βαλαντίοις ἀνάλογον. ἀτὰρ οὖν καὶ τὸ διάφραγμα τοιούτῳ τινὶ προσέοικε, πλὴν ὅτι μὴ διατέτρηται. τούτου μὲν οὖν τὴν κίνησιν ἐναργῶς κατόψει, διελὼν μὲν τὸ περιτόναιον, παραστείλας δὲ τὰ ὑποκείμενα σπλάγχνα. τῶν δ᾽ ἄλλων τῶν κατά τε τὸν

bitum curvatur et in fe ipfum coit; in extenfionibus autem laxatur et exporrigitur. Eosdem motus et mufculus magnus interna parte cubiti evidenter habet apparentes; in flectendis quidem digitis curvatur contrahiturque, extendentibus vero ipfe quoque extenditur et laxatur et porrigitur. Sic etiam et alii mufculi pene omnes, qui in artubus funt, duplices motus videbuntur habere, fi eos denudaveris cute; namque praedicti etiam non denudati apparent propter magnitudinem. In macilentis autem et mufculofis corporibus complurium mufculorum motus evidenter apparent prius, quam cutis adimatur. Sed mufculus, qui in fede eft, proprium quendam motum, quoniam et figuram diverfam, poffedit, contractis crumenis fimilem. Caeterum feptum transverfum fimile eft tali cuipiam rei, nifi quod non perforatum eft. Hujus igitur motum evidenter videbis, divifo quidem peritonaeo, diftractis autem fubjectis vifceribus; aliorum autem mufcu-

θώρακα καὶ τὸ σύμπαν ἐπιγάστριον μυῶν ἀρκεῖ τὸ δέρμα μόνον ἀφελεῖν. συμβέβηκε δ᾽ αὐτοῖς κατ᾽ ἐπιγάστριον ἐναντίον παρὰ τοὺς ἐν τοῖς κώλοις τε καὶ κατὰ τὸ πρόσωπον μῦς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ἡνίκα ἐκτείνονταί τε καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀνασπῶνται, κυρτοῦνται· οὗτοι δὲ τεινόμενοι μὲν προστέλλονται, κυρτοῦνται δὲ χαλώμενοι.

Κεφ. δ'. Πότερον οὖν (τοῦτο γὰρ ἐξ ἀρχῆς προὔκειτο σκοπεῖσθαι) τοσοῦτοι τρόποι κινήσεως ὑπάρχουσι τοῖς μυσὶν, ὅσοι περ καὶ φαίνονται κατά τε τὰς διαιρέσεις καὶ πρὶν γυμνῶσαι τὰ μόρια, ἢ πολὺ μὲν ἐλάττους εἰσὶ, φαίνονται δὲ πολλοί; τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸ μὴ μίαν πᾶσι τοῖς μυσὶν ὑπάρχειν κίνησιν ἄτοπον, ὥσπερ εἰ καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἄλλην ἄλλης κίνησιν ἔφασκέ τις ὑπάρχειν· ἀεὶ γὰρ φαίνεται διὰ τῶν ὁμοίων ὀργάνων ὁμοίως ἐνεργεῖν ἡ φύσις. τὸ μὲν οὖν ἓξ ὑπάρχειν κινήσεις ἅπασι τοῖς μυσὶν, ὅπερ ἤδη τινὲς ἔφασαν, ἐναργῶς ἐξελέγχεται. τῶν γὰρ κατὰ τὰς χεῖρας καὶ τὰ σκέλη μυῶν οὐδεὶς ἐκτάσεως καὶ συστολῆς

lorum, qui in thorace et toto abdomine funt, fufficit cutem tantum auferre. Accidit autem illis, qui funt in abdomine, contrarium ac iis, qui in artubus et facie locum obtinent; hi enim, cum tenduntur et ad principium retrahuntur, curvantur; illi autem, dum tenduntur, exporriguntur, curvantur vero, dum laxantur.

Cap. IV. Utrum igitur (id enim a principio propofitum erat confiderare) tot modi motus infunt mufculis, quot etiam apparent et in diffectionibus, et prius quam denudes partes, an multo quidem pauciores funt, apparent autem multi? Nam, ut alia omittam, abfurdum videtur non unum motum mufculis omnibus ineffe, tanquam fi et arteriarum alium alius motum quispiam exiftere dicat; femper enim natura videtur per fimilia inftrumenta fimiliter operari. Quocirca fex ineffe motus omnibus mufculis (quod jam quidam dixerunt) evidenter redarguitur; nullus enim mufculorum, qui in cruribus et manibus funt, habet tertium quendam motum diver-

τρίτην τινὰ ἴσχει κίνησιν ἑτέραν, ὥσπερ οὐδ᾽ οἱ κροταφῖται μύες· ἐναργῶς γὰρ καὶ τούτων ἑκατέρῳ δύο κινήσεις εἰσίν. εἰ δὲ τὸ κῶλον ὅλον εἰς ἓξ τόπους μεταφέρουσιν οἱ μύες, οὐδὲν τοῦτό γε ἀπόρημα πρὸς τὸ μὴ οὐ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν διττὴν εἶναι τὴν κίνησιν. εἰ μὲν γὰρ εἷς μῦς ἐκίνει τὸ κῶλον ὅλον, ἀναγκαῖον ἂν ἦν, ὅσαι περ αἱ τοῦ κώλου, τοσαύτας εἶναι καὶ τὰς τοῦ μυὸς κινήσεις. ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνον ἓξ, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλείους εἰσὶν ἑκάστῳ τῶν κώλων οἱ μύες, οὐδὲν δή που θαυμαστὸν, ἄλλην ὑπ᾽ ἄλλου τῷ κώλῳ γίνεσθαι κίνησιν. ἀλλ᾽ οἶμαι τὴν γλῶτταν ἐξαπατῆσαι τοὺς τὰ τοιαῦτα ἀποφηναμένους, οἰηθέντας ἕνα μῦν αὐτὴν ὑπάρχειν. καὶ εἰ ὄντως εἷς ἦν μῦς, ἐναργῶς ἂν ἀπεδείκνυτο, πολλὰς εἶναι κινήσεις ἑνὸς μυός· νῦν δὲ, οὐ γάρ ἐστιν εἷς, ἀλλὰ πολλοὶ κινοῦσι μύες αὐτὴν, τοὐναντίον οἶμαι περανθήσεσθαι τὸ μὴ πολλὰς ἑκάστου μυὸς εἶναι τὰς κινήσεις. ἢ μάταιον ἂν εἴη τὸ πλῆθος αὐτῶν, εἰ δι᾽ ἑνὸς ἁπάσας ἀποτελεῖσθαι δυνατὸν ἦν. ἀλλ᾽ ἑκάτερος, φασὶ, τῶν

fum ab extenfione et contractione, quemadmodum nec temporales mufculi, evidenter enim et horum utrique duo funt motus. Si autem totum membrum in fex loca mufculi transferunt, nullum hinc fane dubium, quin per fingulos eorum duplex fit motus. Si enim unus mufculus totum membrum moveret, neceffe effet, quot fint membri, tot effe et mufculi motus; quoniam vero non folum fex, fed et multo plures in unoquoque membro mufculi funt, nihil profecto mirum alium ab alio mufculo ipfi membro fieri motum. Sed puto, linguam eos decepiffe, qui ejusmodi dixerunt, ratos unum mufculum ipfam exiftere. Quod fi vere unus mufculus effet, evidenter utique demonftraretur, unius mufculi multos effe motus; nunc autem (non enim unus eft, fed multi mufculi ipfam movent,) contrarium puto conclufum iri, videlicet non multos uniuscujusque mufculi effe motus; alioqui fruftra effet eorum multitudo, fi per unum omnes effici poffibile effet. At uterque oculorum, ajunt, qua-

ὀφθαλμῶν τέτταρας εὐθείας κινεῖται κινήσεις. ὀρθῶς, ὦ τᾶν. καὶ γὰρ καὶ μύες εὐθεῖς τέτταρες· ἦν δ᾽ ἂν εἷς καθ᾽ ἑκάτερον, εἰ πάσας κινεῖν ἐπεφύκει. ὡς οὖν, εἴπερ ἦν εἷς, ἐπεραίνετο τέτταρας εἶναι τὰς κινήσεις, οὕτως, ἐπειδὴ τοσοῦτοι τὸν ἀριθμόν εἰσιν, ὅσαι περ αἱ κινήσεις, ὑφ᾽ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν μίαν γίνεσθαι περανθήσεται, καθάπερ καὶ τῶν περιστρεφόντων αὐτὸν ἑκατέρου μίαν. καὶ μὴν καὶ πρὸς ὑμῶν αὐτῶν, φασὶν, ὡμολόγηται, κἂν εἰ μὴ πλείους, δύο γοῦν καθ᾽ ἕκαστον μυῶν φαίνεσθαι κινήσεις. πῶς οὖν ὁ λόγος μίαν εἶναι βούλεται; ἔστι δὲ τοῦτο οὐδὲν ἄτοπον. ἡ μὲν γὰρ ὡς ἐνέργεια κίνησις μία καθ᾽ ἕκαστον, ἡ δ᾽ ἐναντία κατὰ συμβεβηκός. [370] ἐνεργεῖ μὲν γὰρ ἕλκων ἐφ᾽ ἑαυτὸν τὸ κινούμενον μόριον, οὐκ ἐνεργεῖ δ᾽, ὅταν εἰς τὸν ἐναντίον τόπον ὑπ᾽ ἄλλου μυὸς ἀπάγηται. καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὐδὲν τῶν κινουμένων μορίων ἑνὶ κέχρηται μυΐ, ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἄνωθέν τις ἐμφύοιτο, πάντως ἄλλος ἀντεμφύεται κάτωθεν, εἰ δ᾽ ἐκ τῶν δεξιῶν, πάντως ἄλλος ἐκ τῶν ἀριστερῶν. ἕκαστον γὰρ τῶν κινουμένων μορίων, οἷον ὑφ᾽ ἡνίων

tuor rectos obtinet motus. Recte, o viri: etenim et mufculi recti quatuor; effet autem unus in utroque, fi omnes movere idoneus effet. Ut igitur, fi unus effet, concluderetur, quatuor effe motus, fic, quoniam tot numero funt, quot motus, ab unoquoque ipforum unum fieri concludetur, quemadmodum et eorum, qui circumvertunt ipfum, utriusque unum. Atqui apud vos ipfos, inquiunt, in confeffo eft, etfi non plures, duos faltem per fingulos mufculos motus fieri: quomodo igitur ratio unum effe vult? Eft autem hoc nihil abfurdum; motus enim, ut actio, unus in fingulis, contrarius vero per accidens; fiquidem operatur trahens ad fe ipfum partem, quae movetur, non operatur autem, quum in contrarium locum ab alio mufculo abducitur. Ideoque nulla pars, quae movetur, uno utitur mufculo; fed, fi quidem defuper aliquis innafcatur, omnino alius parte inferna contra innafcitur, et fi ex dextris, omnino alius ex finiftris. Unaquaeque enim partium, quae moventur a mufculis,

Ed. Chart. V. [370.] Ed. Baf. I. (555.)

τινῶν τῶν μυῶν εἰς τἀναντία διειλημμένον, ἐναλλὰξ ἔχει τὸν μὲν ἐκτεινόμενον αὐτῶν, τὸν δὲ χαλώμενον. ὁ μὲν οὖν ἐκταθεὶς ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, ὁ δὲ χαλασθεὶς ἕλκεται σὺν τῷ μορίῳ. καὶ διὰ τοῦτο κινοῦνται μὲν κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς κινήσεις ἀμφότεροι, τὸ δ᾽ ἐνεργεῖν τείνεσθαι τὸν κινούμενόν ἐστιν, οὐχ ἕπεσθαι, ἕπεται δὲ, ὅταν αὐτὸς ἀργῶν ὥσπερ καὶ ἄλλο τι τῶν τοῦ κώλου μορίων μεταφέρηται. ἆρ᾽ οὖν ἤδη τολμῶμεν ἀποφαίνεσθαι μὲν, μίαν ἁπάντων μυῶν ξύμφυτον κίνησιν εἶναι, ἢ μηδέπω, πρὶν ἂν ἡμῖν ὁμολογήσῃ πάντα τὰ κατ᾽ αὐτοὺς φαινόμενα; ἐμοὶ μὲν οὖν τοῦτο μακρῷ δοκεῖ βέλτιον ὑπάρχειν. τίνα τοίνυν τὰ κατ᾽ αὐτοὺς φαινόμενα, λέγωμεν ἑξῆς μηδὲν παραλιπόντες. ἓν μὲν δὴ καὶ πρῶτον, οὗ μέρος εἴρηταί πως ἤδη κατ᾽ ἀρχὰς, ὅτι, διατεμνομένων αὐτῶν ὅλων ἐγκαρσίων, ἀπόλλυται τελέως κίνησίς τις ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις μορίοις, ἐντεμνομένων δὲ παραβλάπτεται. τὸ δὲ τῆς βλάβης ποσὸν τῷ ποσῷ τῆς τομῆς ἕπεται, μᾶλλον μὲν ἀπολλυμένης τῆς κινήσεως ἐν ταῖς μείζοσι διαιρέσεσιν, ἧττον δὲ ἐπ᾽ ἐλάττοσι. τὰ δ᾽ αὐτὰ

veluti a quibusdam habenis in contrarium diſtracta, viciſſim habet alterum ipſum intenſum, alterum laxatum. Intenſus igitur trahit ad ſe, laxatus autem trahitur cum parte, et propter hoc moventur ambo in utroque motu. Agere autem eſt eum, qui movet, intendi, non ſequi; ſequitur, quum ipſe otioſus transfertur, ſicut quaevis alia membri pars. Nunquid igitur audemus dicere, unum omnium muſculorum connatum eſſe motum, an non prius, quam nobis omnia, quae in ipſis apparent, confeſſa fuerint? mihi id longe melius eſſe videtur. Quae igitur ſunt, quae in ipſis apparent, deinceps dicamus nihil omittentes. Unum itaque et primum (cujus pars jam in principio quodammodo dicta eſt), quod abſciſſis quidem ipſis totis per transverſum motus penitus perit in ſubjectis partibus, inciſis autem laeditur; laeſionis autem quantitas quantitatem ſectionis ſequitur, magis quidem pereunte motu in majoribus diviſionibus, minus autem in minoribus. Haec eadem de tendonibus quoque

νόμιζέ μοι πάντα καὶ ἐπὶ τῶν τενόντων εἰρῆσθαι. καὶ γὰρ οὖν καὶ τούτους εἰ μὲν ὅλους διατέμοις, παραλύσεις τῆς κινήσεως τῶν μορίων, εἰ δὲ ἐντέμοις, παραβλάψεις τοσοῦτον, ὅσον ἐνέτεμες. εἰ μὲν οὖν ἅπασα κίνησις ἀπόλοιτο τοῦ μέρους, ἑνὸς τμηθέντος μυὸς, ἐπεραίνετ᾽ ἂν, οἶμαι, πασῶν τῶν κινήσεων ἐξηγεῖσθαι τὸν ἕνα τοῦτον μῦν· εἰ δ᾽ αὖθις μία μόνη κίνησις ἀπόλοιτο, ἑνὸς τμηθέντος μυὸς, ἐπεραίνετ᾽ ἂν, οἶμαι, ταύτης μιᾶς μόνης, ἧς ἦν ὁ τμηθεὶς ἡγεμών. ἐπεὶ δὲ οὔτε μίαν μόνην οὔτε πάσας ἀπόλλυσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ πάντως δύο, περαίνεσθαι δόξειεν ἂν ὑφ᾽ ἑνὸς μυὸς γίνεσθαι κινήσεις δύο. ἀλλ᾽ ἐπεὶ καὶ ὁ ἐκ τῶν ἐναντίων μερῶν τεταγμένος μῦς ἢ τένων τμηθεὶς τὰς αὐτὰς δύο κινήσεις ἀπόλλυσιν, αὖθις αὖ κἀκεῖνον ἴσως κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον κύριον ἐροῦμεν τῶν αὐτῶν δυεῖν κινήσεων, ὧν καὶ ἐπιτροπεύουσιν ἢ βλάπτουσιν ὁμοίως. ὥστε, κἂν εἷς ὁστισοῦν τῶν μυῶν ἀπόλλυται, τὴν τῶν ἐναντίων κίνησιν συναπόλλυσθαι. ποιεῖν δὲ οὐχ ὁμοίως πεφύκασιν, ἀλλ᾽ ἑκάτερος τὴν ἑτέραν μόνην. ἀνάγκη γὰρ τούτων θάτερον ἀληθὲς

mihi dicta esse puta: etenim et hos si quidem totos abscideris, dissolves motus partium, si vero incideris, tantum laedes, quantum incidisti. Si itaque motus omnis periret partis uno inciso musculo, concluderetur utique, omnium motuum hunc unum musculum ducem esse; si vero rursus unus duntaxat motus periret uno inciso musculo, concluderetur, opinor, hujus solius ducem esse, qui esset incisus; sed quia neque unum solum, neque omnes perire accidit, sed omnino duos, concludi videbitur utique, ab uno musculo duos fieri motus. Sed quia et musculus ex contrariis partibus locatus aut tendo sectus eosdem duos motus amittit, rursus utique et illum fore secundum eandem rationem dominum eorumdem duorum motuum dicemus, quos tuetur aut laedit pari modo. Quare, etiamsi unus quivis musculorum pereat, contrariorum motio simplex peribit; facere autem non similiter ambo nati sunt, sed uterque alteram solum; namque necesse est horum alterum verum esse; utrum autem sit,

Ed. Chart. V. [370. 371.] Ed. Baf. I. (555. 556.)
ὑπάρχειν, ὁπότερον δὲ, πειρατέον ἀποδεῖξαι, πρότερόν γε σαφέστερον εἰπόντας, ὅτι τῶν διαδεχομένων ἀλλήλας κινήσεων ἀνάγκη τῆς ἑτέρας ἀπολλυμένης καὶ τὴν λοιπὴν συναπόλλυσθαι. ἔστω γὰρ ἀπολωλέναι τὴν ἐκτείνειν πεφυκυῖαν τὸ μόριον κίνησιν. οὐκοῦν καμφθήσεται μὲν τὴν πρώτην, μενεῖ δὲ ἐν τούτῳ διὰ παντὸς, ἐκταθῆναι μὲν οὐκ ἔτι δυνά(556)μενον, ὅτι τῆς ἐκτεινούσης ἐστέρηται κινήσεως, ὅτι δὲ ἐκταθῆναι μηκέτι δύναται, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔτι καμφθῆναι, κάμπτεται γὰρ τὸ φθάνον ἐκτετάσθαι. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὴν κάμπτειν πεφυκυῖαν τὸ μόριον κίνησιν εἴπερ ἀπολέσθαι συμβῇ, ἐκταθήσεται μὲν τήν γε πρώτην, ἀκίνητον δὲ τοῦ λοιποῦ γενήσεται, μηκέτι δυνηθὲν ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κάμψιν, ἧς προηγουμένης ἕπεται τὸ ἐκτείνεσθαι. τοῦτο μὲν δὴ παντὸς ἀληθὲς μᾶλλον εἶναι φαίνεται, τὸ συναπόλλυσθαι τὰς διαδεχομένας ἀλλήλας ἐναντίας κινήσεις. [371] καὶ διὰ τοῦτο ὀρθῶς ἔχει ζητῆσαι, πότερον δύο κινήσεις ὑπ᾽ ἀμφοτέρων γίνονται μυῶν, ἢ μία μὲν ὑφ᾽ ἑκατέρου, συναπόλλυται δ᾽ ἡ λοιπὴ τῇ ἑτέρᾳ.

conabimur oftendere, quum prius clarius dixerimus, quod motuum, qui fibi invicem fuccedunt, neceffe eft, altero pereunte, et reliquum fimul perire. Finge enim, eum motum periiffe, qui natus eft partem extendere; igitur flectetur quidem primum, manebit autem in hoc ftatu femper, quod non amplius extendi poffit, quae motu extenforio privata eft; quia autem extendi non amplius poteft, idcirco nec flecti quidem; flectitur enim, quae antea extenfa fuit. Similiter motum, qui natus eft flectere partem, fi accidat perire, extendetur quidem ea primum, fed immobilis in pofterum fiet, quum non amplius ad flexionem venire potuerit; qua praecedente extenfio fequitur. Id igitur omnium eft veriffimum, videlicet motus contrarios fibi invicem fuccedentes fimul corrumpi. Quamobrem recte fe habet quaeftio, utrum duo motus ab utrisque mufculis fiant, an unus quidem ab utroque, tum ne fimul reliquus cum altero pereat.

Κεφ. ε΄. Πῶς οὖν τοῦτο διορισθήσεται; τοῖς διαφόροις συμπτώμασιν. ὡς γὰρ τὰ κοινὰ κοινοῦ τινος ἦν, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, ἐνδεικτικὰ, καὶ διὰ τοῦτο ἄδηλον ἐγένετο τὸ καθ᾽ ἑκάτερον ἴδιον, οὕτω τὰ διαφέροντα τήν τε ἔνδειξιν ἰδίαν ἑκατέρου τῶν μυῶν τῆς ἐνεργείας ποιήσεται, καὶ δῆλον τἀληθές. ἴδια δ᾽ ἐφ᾽ ἑκατέρου τῶν μυῶν τάδε γίνεται. τοῦ μὲν ἐντὸς διακοπέντος, ἐκταθὲν τὸ μέρος ἐν τούτῳ τῷ σχήματι διὰ παντὸς μένει, τοῦ δ᾽ ἐκτὸς, καμφθὲν οὐκέτ᾽ ἐκτείνεται. καὶ εἰ λαβόμενος ταῖς χερσὶ σαυτοῦ κάμπτοις τὸ ἐκτεταμένον, ἢ ἐκτείνοις τὸ κεκαμμένον, ἑκάτερον μὲν αὐτῶν ῥᾳδίως ἐργάσῃ, ἐαθὲν δὲ παραχρῆμα τὸ μόριον εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν ἀχθήσεται. τί τοίνυν ἐκ τούτων ἀποδείκνυται; τὸ κάμπτεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ἐντὸς μυῶν, ἐκτείνεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐκτός. καὶ διὰ τοῦτο, εἰ μὲν ὁ ἐκτὸς τρωθεὶς ἀπολέσειε τὴν ἐνέργειαν, ὁ δ᾽ ἐντὸς ἐνεργῶν ἔτι μένοι, κάμπτεται τὸ μόριον, ὡς ἂν τοῦ κάμπτειν αὐτὸ πεφυκότος ἀβλαβοῦς ὑπάρχοντος· εἰ δ᾽ ὁ ἐντὸς

Cap. V. Quo igitur pacto id diſtinguetur? diverſis ſymptomatibus. Ut enim communia ſunt demonſtrativa alicujus communis, quantum eſt in ipſis, ideoque incertum erat, quod proprium erat in utroque, ſic quae diverſa ſunt, et demonſtrationem propriam utriusque muſculorum actionis, et veritatem manifeſtam facient. At propria in utroque muſculorum haec inſunt. Eo quidem, qui intus eſt, abſciſſo, extenſa pars in hac figura perpetuo manet, eo autem, qui foris, flexa non amplius extenditur. Quod ſi tuis manibus capiens flectas extenſam, vel extendas inflexam, utrumque quidem ipſorum facile efficies, dimiſſa autem pars ſtatim in priſtinum ſtatum reſtituetur. Quid igitur ex his demonſtratur? Nempe flexionem venire a muſculis, qui intus ſunt, extenſionem autem ab iis, qui foris ſunt. Quapropter, ſi externus vulneratus amiſerit actionem, internus vero maneat adhuc agens, flectitur pars, tanquam is, qui natus eſt ipſam flectere, illaeſus exiſtat; ſi vero, qui intus eſt, abſcinda-

διακοπείη, τὸ ἔμπαλιν γίνεται· ἐκτείνεται μὲν τὸ κῶλον, κάμπτεται δ᾽ οὐκέτι. διὰ τί δ᾽ ἐν ἑκατέρῳ τῷ σχήματι καταμένει τὸ μόριον ἀκίνητον; ἢ ὅτι ἀπόλλυσθαι συμβέβηκε τὰς διαδεχομένας ἀλλήλας κινήσεις; ὅ τε γὰρ κάμπτειν πεφυκὼς μῦς, ὑγιὴς μὲν ὢν, τὸ μὲν πρῶτον ἔκαμψε, δεύτερον δὲ καὶ τρίτον οὐκέτι κάμπτειν δύναται, μὴ παραλαβὼν αὖθις ἐκτεινόμενον τὸ κῶλον· τοῦ γὰρ ἐκτεταμένου ἡ κάμψις· ὅ τ᾽ ἐκτείνειν πεφυκὼς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἅπαξ μὲν ἐκτείνει, δεύτερον δὲ ἢ τρίτον οὐκέτι δυνήσεται, μὴ παραλαβὼν αὖθις κεκαμμένον τὸ μόριον· τοῦ γὰρ κεκαμμένου ἡ ἔκτασις. εἰ δὲ σὺ τηνικαῦτα τὴν ἀπολωλυῖαν τοῦ τετρωμένου μυὸς ἐνέργειαν μιμησάμενος ἐκτείναις ταῖς σαυτοῦ χερσὶ τὸ κεκαμμένον, ὄψει σωζομένην τὴν κάμπτειν αὐτὸ πεφυκυῖαν κίνησιν. οὐδὲ γὰρ ἔτι σου δεηθὲν αὐτόματον καμφθήσεται ὑπὸ τοῦ κατὰ τὰ ἔνδον μέρη τεταγμένου μυὸς ἐνεργοῦντος ἑλκόμενον. οὐ μὴν ἐκταθήσεταί γε οὐδέποθ᾽ ὑπ᾽ οὐδενὸς μυὸς, ἀλλ᾽ ἀεὶ σοῦ πρὸς τοῦτο δεηθήσεται· καθάπερ, εἰ τὸν ἐντὸς τρώσεις, ἐκταθήσεται μὲν ἀεὶ χωρὶς σοῦ τὸ μόριον, οὐ μὴν καμφθήσεταί γε ὑπ᾽

tur, contrarium fit: extenditur quidem membrum, fed non amplius flectitur. Cur autem in utraque figura permanet pars immobilis? an quia motus invicem fuccedentes corrumpi accidit? Nam mufculus flectere natus, fi fanus fit, primum quidem flectit, fecundo autem et tertio non amplius flectere poteft, nifi parte rurfus extenfa; extenfae enim flexio eft. Qui natus eft extendere, eadem ratione femel quidem extendit, fecundo autem vel tertio non amplius poterit, nifi pars denuo flectatur; flexae enim extenfio eft. Quod fi tu tunc amiffam vulnerati mufculi actionem imitatus extendas tuis manibus flexam, videbis, falvum effe motum ei flectendae idoneum; nihil enim tua opera indigens fua fponte flectetur, a mufculo intus conftituto operante tracta; non tamen unquam ab ullo mufculo extendetur, fed femper tua opera ad hoc indigebit; veluti, fi eum, qui intus eft, vulneraveris, extendetur quidem femper pars absque tua opera, non ta-

οὐδενὸς μυὸς, ἀλλ᾽ εἰς τοῦτο τῆς παρὰ σοῦ δεηθήσεται κινήσεως. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς τὸ μὲν κάμπτειν τῶν ἐντὸς ἔργον ἐστὶ μυῶν, τὸ δὲ ἐκτείνειν τῶν ἐκτός. οὐκ ἄδηλον δ᾽, ὅτι τὸ μὲν τείνεσθαί τε καὶ εἰς ἑαυτοὺς συνέλκεσθαι σύμφυτος ἐνέργεια τοῖς μυσὶ, τὸ δ᾽ ἐκτείνεσθαι καὶ χαλᾶσθαι τῶν ἀντιτεταγμένων ἐνταθέντων τε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἑλκυσάντων γίνεται. μάθοις δ᾽ ἂν αὐτὸ καὶ δι᾽ ἑτέρων φαινομένων οὐκ ὀλίγων, οἷα ἔμαθες, καὶ τοῦδε πρώτου. τῶν ὀρνιθείων μεταχειρισάμενος σκελῶν, ἀφῃρημένων δηλονότι τοῦ ζώου, τείνειν τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις ἐπιχείρει τοὺς ἐν αὐτῷ τένοντας, πρότερον μὲν τοὺς ἐντὸς, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἐκτός. ὄψει γὰρ ἐπὶ μὲν τοῖς καμπτόμενον τὸ κῶλον, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐκτεινόμενον. ἀλλὰ καὶ εἰ προσκείμενον ὅλῳ τῷ σώματι τὸ σκέλος ἐπὶ τεθνεῶτος τούτου τοῦ ζώου λαβὼν ἑκατέρους τῶν τενόντων ἢ τῶν μυῶν ἐθέλοις τείνειν, [372] ἐν μέρει καὶ οὕτως ἂν ἴδοις ἐπὶ μὲν τοῖς ἐντὸς καμπτόμενον τὸ κῶλον, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐκτὸς ἐκτεινόμενον. ἀλλὰ καὶ εἰ μῦν ὅλον ἐγκάρσιον ἐθέλοις διατεμεῖν εἴτ᾽ ἐπὶ

men flectetur ab ullo mufculo, fed praeterea motum abs te requiret. Manifeftum igitur ex dictis, quod flectere quidem officium eft mufculorum internorum, extendere autem externorum. Perfpicuum autem eft, quod tenfio et in fe ipfos contractio infita mufculis eft actio, extenfio autem et laxatio oppofitorum intenforum et ad fe ipfos trahentium. Difcas autem id ex aliis apparentibus non paucis, ut ex hoc primo didicifti. Avicularum crura ab animali exempta tractans extendere tuis digitis tendones, qui in ipfis funt, conare, prius quidem internos, deinde externos; cernes enim, illis tractis flecti membrum, tractis vero his extendi. Quin etiam, fi crure adhuc toti corpori adhaerente capto ejusdem mortui animalis utrumque tendonem aut mufculum velis viciffim extendere, etiam hoc pacto cernas per internos quidem membrum flecti, per externos vero extendi. Praeterea, fi totum mufculum per transverfum abfcindere velis five

Ed. Chart. V. [372.] Ed. Baf. I. (556.)

τεθνεῶτος, εἴτε καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ ζώου, τῶν μερῶν αὐτοῦ τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω φερόμενον ἐναργῶς ὄψει πρὸς τὸ ἴδιον πέρας ἑκάτερον ἑλκόμενον. καὶ τοῦτο, καθ᾽ ὁτιοῦν ἂν μέρος τὸν μῦν ὅλον ἐγκάρσιον διατέμῃς, ἐναργῶς ὄψει γιγνόμενον. ᾧ δῆλον, ὅτι πᾶν μόριον αὐτοῦ σύμφυτον ἔχει τὴν κίνησιν τὴν εἰς ἑαυτὸ σύνοδον. καὶ γὰρ οὖν καὶ εἰ τὴν ἄνωθεν ἀρχὴν μόνην ἀποτέμοις τοῦ μυὸς, ὅλος ἐπὶ τὸ πέρας ἐνεχθήσεται, καὶ εἰ τὴν κάτω τελευτὴν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνασπασθήσεται, καὶ εἰ ἑκατέρωθεν ἀποτέμοις αὐτὸν, οἷον σφαιρούμενον ὄψει καὶ συντρέχοντα πρὸς τὸ μέσον ἐξ ἀμφοῖν τῶν περάτων. οἶδα μὲν οὖν, ὅτι καθ᾽ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἱκανῶς ἀποδείκνυται τὸ προκείμενον.

Κεφ. ς'. Ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἔργον πεποιημένους ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους περὶ ἅπασαν ἀπορεῖν ἐνεργείας εὕρεσιν οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα λεχθησόμενα σύμπαντα προσκείσεται. σκιῤῥωθέντος δὴ μυὸς ἢ τένοντος οὑτινοσοῦν τῶν μὲν ἐντὸς τοῦ κώλου τεταγμένων,

in animali mortuo, five adhuc vivente, partem ejus aliam furfum, aliam deorfum ferri evidenter videbis, ad fuum terminum utramque tractam; idque, fi quavis in parte totum mufculum per transverfum abfcideris, fieri evidenter videbis; quo manifeftum eft, quod omnis ejus pars connatum habet motum, in fe ipfam fcilicet coitionem. Etenim et fi principium fupernum folum abfcideris mufculi, totus ad caudam feretur; fi finem inferiorem, ad caput retrahetur; fi utrinque abfcideris, eum quafi conglobatum videbis et concurrentem ad medium ex utrisque finibus. Scio ergo, quod per unumquodque dictorum fatis demonftratur, quod erat propofitum.

Cap. VI. Verum et propter medicos et philofophos, qui de omni actionis inventione dubitare contendunt, non folum haec, verum etiam quae poftea dicenda funt omnia adjungentur. Scirrho enim genito in mufculo, aut quocunque tendone, eorum quidem, qui parte mem-

Ed. Chart. V. [372.] Ed. Baſ. I. (556.)

καμφθὲν τὸ μέρος οὐκ ἔτι ἐκτείνεται, τῶν δὲ ἐκτὸς, ἐκταθὲν οὐκ ἔτι κάμπτεται, ἔμπαλιν ἢ κατὰ τὰς τρώσεις εἶχεν. ἐπὶ μὲν γὰρ ἐκείνων εἰς τἀναντία τοῦ τρωθέντος ἀνεσπᾶτο τὸ μέρος, ἐνταῦθα δὲ ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ πεπονθὸς ἕλκεται. φαίνεται δὲ δὴ καὶ τοῦτο μὲν οὐχ ὅτι μαχόμενον τοῖς ἔμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ μεγάλως μαρτυροῦν. τὸ γὰρ σκιῤῥωθὲν ἅπαν ὑπὸ τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τείνεται. τοῦτ᾽ οὖν αὐτῷ πρὸς τοῦ παθήματος φαίνεται γινόμενον, ὅπερ ἐῤῥωμένῳ πρὸς τῆς ὁρμῆς, πλὴν ὅτι πρὸς τῆς ὁρμῆς μὲν ἑκούσιος ἡ κίνησις, πρὸς δὲ τοῦ παθήματος ἀκούσιος. οὐκοῦν οὐδ᾽ ὑπὸ τῶν σῶν χειρῶν οὐδὲν τῶν οὕτω πεπονθότων ἀντισπασθῆναι πρὸς τἀναντία δύναται, καθάπερ ἐπὶ τῶν τρώσεων εἶχεν· ἀντιτείνει γὰρ ὁ σκίῤῥος, ἀντὶ δεσμοῦ τῷ μυῒ γιγνόμενος. ὡς, εἴπερ ἦν δυνατὸν ὑπὸ τῶν ἡμετέρων χειρῶν εἰς τὸν ἀντικείμενον τόπον ἀχθῆναι τὸ μόριον, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν αὐτὸ καὶ πρὸς τῶν ἀντιτεταγμένων ἀπάγεσθαι μυῶν, ὡς κινεῖσθαί γε κἀκείνοις τὴν κατὰ φύσιν κίνησιν

bri interna conſtituti ſunt, pars flexa non amplius extenditur, eorum vero, qui foris ſunt, extenſa non amplius flectitur, contrario modo, quam in vulneribus ſe habebat; in illis enim in contrariam partem vulneratae pars retrahebatur, hic autem ad ipſam paſſam trahitur. Videtur autem et hoc non modo non repugnare iis, quae antea dicta ſunt, verum etiam mirifice atteſtari. Omne enim, quod ſcirrhum contraxerit, a tumore praeter naturam tenditur. Hoc certe ipſi a morbo accidere videtur, quod bene valenti ab impetu voluntario, niſi quod ab hoc motus eſt ſpontaneus, ab illo vero non ſpontaneus. Quare ne tuis quidem manibus ullum eorum, quae ita affecta ſunt, ad contraria retrahere queas, quemadmodum in vulneribus fieri ſolebat; contra enim tendit ſcirrhus, vice ligamenti muſculo factus. Quare, ſi poſſibile eſſet manibus noſtris in oppoſitum locum duci partem, nihil utique prohiberet eam et a muſculis oppoſitis abduci, utpote qui et ipſi naturalem motum obire poſſint.

ἱκανοῖς. ἅπερ δ᾽ ἐπὶ τῶν σκίῤῥων, ταῦτα κἀπὶ τῶν φλεγμονῶν ὁρᾶται γιγνόμενα. καὶ γὰρ καὶ μύες καὶ τένοντες φλεγμήναντες πολλάκις, ἐφ᾽ ἑαυτοὺς τείναντες τὸ κῶλον, ἀκίνητον εἰργάσαντο. καὶ σκληρότης δ᾽ οὐλῶν οὐδὲν ἧττον τῶν προκειμένων παθῶν πολλάκις ἐπέδησεν αὐτό. φαίνεται γοῦν ταῦτ᾽ αὐτῷ συμβαίνειν ἅπαντα, καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον τὰ λεχθησόμενα, μετὰ τοῦ καὶ πολλὰς ἄλλας ἀπορίας διαλύεσθαι. θαυμαστὸν γὰρ ἐδόκει καὶ σχεδὸν ἀδύνατον, ἕνα τρόπον κινήσεως ἐχόντων ἁπάντων τῶν μυῶν, ἓν κῶλον, τὴν χεῖρα, ποτὲ μὲν ἐκτείνεσθαι, ποτὲ δὲ κάμπτεσθαι, ποτὲ δ᾽ ἑκατέρωσε περιάγεσθαι, καὶ ποτὲ μὲν ἀνατείνεσθαι, ποτὲ δὲ κάτω καθίεσθαι, ποτὲ δ᾽ εἰς τοὐπίσω πρὸς τὴν ῥάχιν ἐπιστρέφεσθαι. ἀλλ᾽ οὐκέτι θαυμαστὸν οὐδὲν τῶν τοιούτων φαίνεται, γνόντων ἡμῶν, τὸ μὲν ἀνατείνεσθαι καὶ καθίεσθαι τὴν χεῖρα τοῦ κατὰ τὸν ὦμον ἄρθρου καὶ τῶν κινούντων αὐτὸν μυῶν ἐνέργειαν εἶναι, τὸ δ᾽ ἐκτείνεσθαι καὶ κάμπτεσθαι τοῦ κατ᾽ ἀγκῶνα πήχεως, τὸ δ᾽ ἐπὶ τὸ πρηνὲς ἢ τὸ ὕπτιον στρέ-

Quae autem in fcirrhis, eadem in phlegmone fieri cernuntur. Nam et mufculi et tendones phlegmonen patientes, membro ad fe ipfos tracto, faepe motu ipfum privarunt. Item durities cicatricum nihilominus, quam praepofiti affectus, frequenter ipfum impedivit. Videntur certe et haec omnia ipfis accidere, et his non minus ea, quae dicentur, fimulque multae aliae ambiguitates folvuntur. Mirum enim videbatur et fere impoffibile, quum unum modum motus omnes mufculi habeant, unum membrum, nempe manum, aliquando extendi, aliquando vero flecti, interdum in utramque partem circumduci, et modo furfum tendi, modo deorfum dimitti, et interim retro ad fpinam verti. Verum non amplius mirum aliquid hujuscemodi videbitur, quum nobis exploratum jam fit, tendi quidem furfum et demitti manum, articuli, qui in humero eft, et mufculorum ipfum moventium actionem effe, extendi autem et flecti, brachii ad ulnam, volvi ad pronum

[373]φεσθαι τοῦ βραχίονος πρὸς τὴν κερκίδα. τὸ δὲ (557) τῆς ῥάχεως ἅπτεσθαι καὶ ἡ κατὰ τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν κίνησις τῆς χειρὸς ὑπὸ τῶν τεττάρων ἄρθρων ὁμοῦ κινουμενων γίνεται, οὕτω καθιεμένου μὲν τοῦ βραχίονος, καμπτομένου δὲ τοῦ πήχεως, περιαγομένης δὲ τῆς κερκίδος ἐπὶ τὸ πρηνὲς, ἐπιστρεφομένου δὲ τοῦ καρποῦ πάλιν. ἀλλὰ πᾶσαί γε διὰ μυῶν ἐνεργούντων γίνονται, καὶ οὐ νῦν καιρὸς λέγειν, ὑπὸ τίνος τίς. ἔν τε γὰρ τῇ τῶν μυῶν ἀνατομῇ, κἀν τῇ περὶ τῆς χρείας μορίων, ἔτι δὲ ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι λεχθήσεται τό τε πλῆθος ἁπάντων καὶ ἡ δι᾽ ἕκαστον αὐτῶν τοῖς μορίοις ὑπάρχουσα κίνησις. ὅπερ δ᾽ εἰς τὰ προκείμενα συντελεῖ, τοῦθ᾽ ὑπέμνησεν ὁ λόγος, τὸ μηδὲν θαυμάζειν, πῶς εἷς τρόπος κινήσεως τοῖς μυσὶν ὑπάρχων οὕτω πολυειδῶς σχηματίζει τὰ κῶλα. τῷ γὰρ ἕκαστον ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἕλκειν τὸ μέρος, εἰς ὃ καταφύεται, ὁ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ περιάγειν, ὁ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τἀναντία δυνήσεται. οὕτω δὲ καὶ κάμπτει μὲν ἕτερος, ἐκτείνει δὲ ἄλλος. ὅταν δὲ καὶ πολλοὶ μύες

aut fupinum, brachii ad radium. Quod autem fpinam tangat, et motus manus in tali actione a quatuor articulis fimul motis fit, hoc modo, demiffo quidem brachio, flexa autem ulna, circumducto vero radio in pronum, converfo autem carpo. Verum omnes fane per mufculos agentes fiunt: atque inpraefentiarum non eft dicendi tempus, a quo quis fiat; nam et in diffectione mufculorum, et in tractatione de ufu partium, item in anatomicis adminiftrationibus dicetur tum numerus omnium, tum motus partium, qui a fingulis ipfis fit. Quod autem ad propofitum confert, id hic tractatus repetit, nihil mirum effe, quomodo, quum unus modus fit motus ipfis mufculis, adeo varie membra figuret. Nam quod unusquisque trahit ad fe ipfum partem, in quam inferitur, alter ex dextris ad finiftra circumagere, alter ex finiftris ad contraria poterit; fic et alius flectit, alius extendit. Quid igitur mirum eft, quum multi mu-

κατὰ πολλὰ τῶν ἄρθρων ἐνεργῶσιν ἅμα, τί θαυμαστόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ποικιλίαν γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς κώλοις σχημάτων; οἱ γὰρ, οἶμαι, εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐμβάλλοντες ἀνατείνουσιν αὐτὸν, τὸν πῆχυν δὲ ἐκτείνουσιν οἱ κατὰ τὸν πῆχυν, ἐκτὸς εἰς αὐτὸν τελευτῶντες τὸν ἀγκῶνα, τὴν κερκίδα δὲ ἐπὶ τὸ πρηνὲς οἱ κατὰ τὸν πῆχυν ἐντὸς οἷον λοξὴν περιάγουσι, τὸν καρπὸν δ᾽ ἐκτείνουσιν οἱ κατὰ τὸν πῆχυν, εἰς αὐτὸν ἐκτὸς τελευτῶντες. ἕκαστος δὲ τῶν δακτύλων ὑπὸ τῶν ἐντὸς τενόντων κάμπτεται. εἰ δ᾽ ἕκαστος τῶν δακτύλων καμφθείη, τὸ σχῆμα τῆς χειρὸς γένοιτ᾽ ἂν μάλιστα τοῖς ἐν παγκρατίῳ προτετακόσιν αὐτὴν ὅμοιον. εἰ δὲ ὁ μὲν βραχίων ἀνατα-θείη συμμέτρως, ὁ δὲ πῆχυς ἀκριβῶς ἐκταθείη ἐπὶ τὸ ὕπτιον, τὴν κερκίδα δὲ οἱ κατὰ τὸν πῆχυν ἐκτὸς τεταγμένοι μύες ἀνακλάσωσιν, ὁ δὲ καρπὸς ἅμα τοῖς δακτύλοις ἐκταθείη, τὸ σχῆμα τῆς ὅλης χειρὸς οἷον τοῖς ἐκτείνουσιν αὐτὴν ἕνεκα τοῦ δέξασθαί τι γένοιτ᾽ ἄν. τοιούτου δ᾽ ὄντος αὐτοῦ, τὰ μὲν ἄλλα φυλάξας, μόνον δὲ ὑπαλλάξας τὸ ὕπτιον, καὶ καταστήσας ἐν τῷ μέσῳ τοῦτ᾽ ἀκριβῶς ὑπτίου

fculi per multos articulos fimul agant, admodum variam membrorum eſſe figuram? Nam qui in caput brachii inferuntur, furfum tendunt ipfum; cubiti os vero extendunt, qui in cubito funt foris in ipfum ancona finientes; radium vero ad pronum, qui intus in cubito funt, quafi obliquum circumducunt; carpum extendunt, qui in cubito funt, in ipfum extrinfecus definentes; porro unusquisque digitorum ab internis tendonibus flectitur. Quod fi digiti omnes fint flexi, tota figura manus iis, qui in pancratio ipfam protulerint, fimilis potiſſimum fiat. Si autem brachium quidem furfum tenfum fuerit mediocriter, cubitus vero exacte ad fupinum fit extenfus, radium vero mufculi in cubito foris conftituti reflectant, et carpus una cum digitis extenfus fit, figura totius manus fimilis extendentibus eam caufa recipiendi aliquid fiet. Quod quum ita habeat, fi caeteris fervatis folum fupinum fubmutes, conftituasque medium inter exacte fupinum et

καὶ τοῦ πρανοῦς, τὸ σύμπαν εἶδος τῆς χειρὸς ἐργάσῃ τοιοῦτον, οἷον μάλιστα γίνεται τοῖς τοξεύουσιν, ἐπὴν τὸν ἰὸν βάλωσιν, ὥς φησιν Ἱπποκράτης. οὕτω δὲ καὶ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ἄλλων τῆς ὅλης χειρὸς σχημάτων οὐ χαλεπὸν ἐξευρεῖν ἑκάστου τῶν ἄρθρων τὴν κατάστασιν, εἰ μόνον ἐκείνου μνημονεύοις, ὅτι τεινόμενος ἕκαστος τῶν μυῶν ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἕλκει τὸ μόριον, εἰς ὃ καταφύεται. πάντα γὰρ οὕτως εὑρήσεις τὰ τῆς χειρὸς ἔργα, παλαιόντων, καὶ τοξευόντων, καὶ τεκταινομένων, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο πραττόντων, ὑπὸ τῶν κατ᾽ αὐτὴν μυῶν ἐπιτελούμενα. τοῦτο μὲν οὖν ἤδη μοι δοκεῖ σαφὲς ὑπάρχειν, καὶ μηκέτι λόγου πλείους δεῖσθαι.

Κεφ. ζ'. Ὃ δ᾽ οὔτ᾽ εἴρηταί πω, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀσαφές ἐστιν ἔτι, λεκτέον ἐφεξῆς, τὸ μήτε πᾶσαν κίνησιν τῆς χειρὸς ἐνεργείᾳ γίνεσθαι μυῶν, μήτε πᾶσαν ἀκινησίαν ἡσυχίᾳ. καὶ γὰρ κίνησίν τινα δυνατὸν εὑρεῖν, ἀργούντων ἁπάντων τῶν κατ᾽ αὐτὴν μυῶν, καί τιν᾽ ἡσυ[374]χίαν, ἐνεργούντων πάνυ πολλῶν. λεγέσθω δὲ πρότερον ὑπὲρ τῆς

pronum, totam formam manus talem efficies, qualis maxime fit jaculantibus, quum telum jecerint, ut inquit Hippocrates. Sic quoque et in ſingulis figuris totius manus non difficile eſt invenire ſingulorum articulorum conſtitutionem, modo illius memineris, quod unusquisque muſculorum, dum tenditur, ad ſe ipſum trahit partem, in quam inſeritur. Hoc enim pacto omnia manus opera luctantibus, ſagittas evibrantibus, fabricantibus, et quodcunque aliud agentibus invenies a muſculis, qui in ipſa ſunt, perfici. Hoc igitur jam mihi videtur clarum eſſe, nec pluribus verbis indigere.

Cap. VII. Quod autem nondum dictum eſt, et idcirco obſcurum adhuc eſt, dicendum deinceps, videlicet neque omnem manus motum actione fieri muſculorum, neque omnem immobilitatem quiete. Nam et motum aliquem poſſibile eſt invenire omnibus muſculis, qui in ea ſunt, ceſſantibus ab actione, et quandam quietem quam plurimis agentibus. Dicatur autem prius de motu.

κινήσεως. ἵνα δὲ ᾖ σαφὴς ὁ λόγος, ἀναμνησθῶμεν πρῶτον μὲν ἐπὶ τοῦ παντὸς σώματος δυεῖν οὖν τούτοιν κινήσεων, ἀλλήλαις μὲν παρακειμένων, οὐχ ὁμοίως δὲ γινομένων· καλεῖται δ᾽ αὐτῶν ἡ μὲν κατάκλισις, ἡ δὲ κατάπτωσις. καὶ γίνεται δηλονότι καθ᾽ ὁρμὴν μὲν τὸ κατακλίνεσθαι, τὸ καταπίπτειν δ᾽ ἀκουσίως. τὸ μὲν οὖν κατακλίνεσθαι μυῶν ἐνεργείᾳ συντελεῖται, καὶ διὰ τοῦτο ἔργον ἑκούσιόν ἐστι τοῦ ζώου· τὸ δὲ καταπίπτειν οὔτ᾽ ἔργον, ἀλλ᾽ ἀκούσιον πάθημα, καὶ μυὸς οὐδενὸς ἐνεργοῦντος δεῖται, μόνον γὰρ ἀρκεῖ πάντας ἐκλῦσαι τοὺς μῦς τῆς τάσεως, ἐπιτρέψαντος τῷ βάθει τοῦ σώματος, ᾗ ῥέπει, φέρεσθαι. ταύτῃ μὲν τὸ καταπίπτειν τοῦ κατακλίνεσθαι διήνεγκε, ταύτῃ δὲ καὶ τὸ καταφέρεσθαι τὴν χεῖρα τοῦ καθίεσθαι. καταφέρεται μὲν γὰρ, ἁπάντων ἀργούντων τῶν ἐν αὐτῇ μυῶν, ὑπὸ τοῦ συμφύτου τοῖς σώμασι βάρους κατασπωμένη· καθίεται δὲ, τῶν κατὰ μασχάλην μυῶν πρὸς ἑαυτοὺς ἑλκόντων τὸν βραχίονα. τρίτη τοίνυν αὕτη κίνησις εὑρέθη τῶν μυῶν παρὰ τὰς δύο τὰς ἔμπροσθεν εἰρημένας. ἐκείνων γὰρ ἡ μὲν ἑτέρα, καθ᾽

Sed ut clarior fermo fit, recordemur primum in omni corpore horum duorum motuum, qui quidem inter fe funt affines, fed non fimiliter fiunt; vocatur autem alter ipforum reclinatio, alter decidentia; et reclinare quidem fit voluntarie, decidere autem non fponte; reclinare igitur mufculorum actione perficitur, et ideo opus eft fpontaneum animalis; decidere autem non eft opus, fed affectus praeter voluntatem, et mufculo nullo agente indiget: fufficit enim folum omnes mufculos a tenfione quiefcere permittentes gravitati corporis, quo vergat, ferri. Hac quidem ratione decidere et reclinare differunt; eademque et deorfum ferri manum et demitti. Deorfum enim fertur, ceffantibus mufculis omnibus, qui in ea funt, et corporibus ab innata gravitate deorfum tractis; demittitur autem, mufculis, qui in ala funt, ad fe ipfos trahentibus brachium. Tertius igitur hic motus inventus eft mufculorum praeter duos antea dictos; illorum enim

Ed. Chart. V. [374.] Ed. Baf. I. (557.)

ἣν ἐνεργοῦσιν, εἰς ἑαυτοὺς ἦν σύνοδος, ἡ δ᾽ ἑτέρα, καθ᾽ ἣν ἀργοῦσιν, ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων ἐκτεινόμενοι μυῶν, οὐκ ἦν μὲν αὐτοῖς σύμφυτος, κατὰ δέ τι συμβεβηκὸς ἐγένετο. ἡ δὲ νῦν προτεθεῖσα κατ᾽ οὐδὲν ἐκείναις ἔοικεν· οὔτε γὰρ συστέλλεται κατ᾽ αὐτὴν οὔτ᾽ ἐκτείνεται μῦς οὐδείς. τί γὰρ οὖν οὐδὲ κινεῖται τὸ παράπαν; καὶ μὴν οὐκ ἐνδέχεται, τοῦ κώλου παντὸς κάτω φερομένου, μόρια ὄντα τοῦ κώλου τὸν μῦν ἀκίνητον μένειν. ἀλλὰ κινεῖται μὲν, οὐ μὴν ἐκτείνεταί γε οὐδὲ συστέλλεται τηνικαῦτα. τίς οὖν ὁ τρόπος αὐτῷ τῆς κινήσεως; οἷος καὶ τοῖς ὀστοῖς δηλονότι· οὐδὲ γὰρ ταῦτ᾽ ἐκτεινόμενα καὶ συστελλόμενα συμπεριφέρεται τοῖς κώλοις, ἀλλ᾽ ὥσπερ εἰ καὶ τῶν ἀψύχων τι σωμάτων προσδήσας αὐτοῖς ἔτυχες. ἐπεὶ τοίνυν τῶν κινήσεων ἡ μὲν σύντασις ἐνέργεια τοῦ μυός ἐστιν, ὡς ἂν ὀργάνου ψυχῆς, ἡ δ᾽ ἔκτασις ὡς ὀργάνου μὲν, οὐ μὴν ἐνέργειά γε, ἀλλ᾽ ἁπλῶς κίνησις, ἡ δὲ νῦν προτεθεῖσα τρίτη κίνησις οὐδ᾽ ὡς ζῶσιν ὑπάρχει τοῖς μυσὶν, ἀλλ᾽ ὡς τοῖς ἀψύχοις τε καὶ

alter, fecundum quem agunt, in fe ipfos erat contractio, alter vero, fecundum quem ceffant, dum ab oppofitis mufculis extenduntur, non erat quidem ipfis infitus, fed fecundum aliquod accidens factus erat; at qui nunc inventus eft, nulla in re illis fimilis eft, neque enim in ipfo contrahitur neque extenditur ullus mufculus. Nunquid igitur nec penitus movetur? atqui fieri non poteft, ut, quum totum membrum deorfum feratur, mufculus, qui eft pars membri, immobilis maneat; quare movetur quidem tunc, non tamen extenditur, neque contrahitur. Quis igitur modus ipfi motus? qualis videlicet et offibus, neque enim haec extenfa et contracta fimul circumferuntur cum membris, fed ita moventur, ac fi aliquod inanime corpus ipfis alligares. Quoniam igitur ex motibus contractio quidem mufculi eft tanquam inftrumenti animae actio, extenfio autem tanquam inftrumenti quidem, non tamen actio, fed fimpliciter motus, qui modo propofitus eft tertius motus neque ut viventibus quidem mufculis ineft omnino, fed ut inanimatis ac penitus ex fe ipfis

τελέως ἐξ ἑαυτῶν ἀκινήτοις, ἐπὶ τὴν λοιπὴν καὶ τετάρτην μεταβάντες κίνησιν, ἐπισκεψώμεθα καὶ τὸν ταύτης τρόπον· ἀντίστροφός τις γὰρ ἔοικεν ὑπάρχειν τῇ τρίτῃ. κατὰ μὲν γὰρ τὸν τρίτον τρόπον τῆς κινήσεως ἀργεῖν οἱ μύες ἀπεδείχθησαν, καίτοι κινούμενοι· κατὰ δὲ τὸν τέταρτον ἐνεργεῖν ἀποδειχθήσονται, καίτοι μηδαμῶς κινεῖσθαι φαινόμενοι. ἐννοήσωμεν γὰρ ἀνατεταμένην τὴν χεῖρα, κἄπειτ᾽ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι φυλαττομένην, εἶτ᾽ ἐρώμεθα ἑξῆς ἡμᾶς αὐτοὺς, τί δή ποτ᾽ οὐ καταφέρεται τῷ βάρει ῥέπουσα, κἄπειτ᾽ ἀποκρινώμεθα, διότι τῶν ἀνατεινόντων αὐτὴν μυῶν ἡ τάσις διαμένει. πρὶν οὖν ταύτης ἐκλυθῆναι τελέως, οὐχ οἷόν τε μετακινηθῆναι τῇ χειρί. παυσαμένων μέντοι τῆς τάσεως, εἰ μὲν μηδεὶς ἄλλος ταθείη μῦς, ἀλλ᾽ ἀργοὶ μένοιεν ἅπαντες, ᾗ τὸ βάρος αὐτὴν ἄγει, ταύτῃ κατενεχθήσεται· εἰ δέ τις ἄλλος ταθείη μῦς, ἵνα περ ἐκεῖνος ἕλκῃ, ταύτῃ κινηθήσεται. δῆλον οὖν, ὡς ἐν τῷ τεταμένην φυλάττειν τὴν χεῖρα τῶν εἰς τοῦτο αὐτὴν καταστησάντων μυῶν ἡ τάσις διασώζεται. ἆρ᾽ οὖν ἐνεργεῖν μὲν καὶ τείνεσθαι, κινεῖσθαι

immobilibus. Ad reliquum et quartum motum transgressi consideremus etiam modum ipsius, qui oppositus quodam modo tertio esse videtur. Tertio enim modo motus musculi demonstrati sunt quiescere, quamvis moveantur; quarto autem demonstrabuntur agere, quamvis moveri nequaquam videantur. Fingamus enim, manum sursum tensam esse, et deinde in hac figura servari; post interrogemus iterum nos ipsos, cur jam non deorsum feratur gravitate vergens; ac deinde respondeamus, quod musculorum elevantium ipsam tensio permanet; prius igitur quam haec exolvatur perfecte, non est possibile manum transmoveri; cessantibus tamen a tensione, si nullus alius musculus tendatur, sed omnes quiescant, quo gravitas eam ducit, eo deferetur, si autem aliquis alius musculus tensus sit, quo ille trahet, illuc movebitur. Manifestum igitur, quod, dum manus tensa servatur, tensio musculorum, qui ipsam constituerunt, in eo statu conservatur. Nunquid igitur dicendum est, eos agere qui-

δ᾽ αὐτοὺς οὐ λεκτέον; καὶ μὴν, εἰ τοῦτ᾽ εὐλαβησόμεθα λέγειν, οὐδ᾽ ἐνεργεῖν αὐτοὺς ῥητέον. ἄτοπον γὰρ ὅτι μὲν ἐνεργοῦσιν ὁμολογεῖν κατὰ τὴν σύμφυτόν τε καὶ οἰκειοτάτην ἐνέργειαν, [375] ὅτι δὲ κινοῦνται, οὐκέθ᾽ ὁμολογεῖν. καὶ μὴν οὐ φαίνονται κινούμενοι. τί γὰρ καὶ οὐ χρὴ τὰ ἐναντία τιθέναι, κἂν ὅτι μάλιστα χαλεπὴ καὶ δυσδιαίρετος αὐτῶν ἡ μάχη γίνηται; εἰ μὲν γὰρ ἀπορίας ἐρῶντες ἐπεχειροῦμεν εἰς τἀναντία, κακῶς ἂν ἐδρῶμεν· ἐπεὶ δὲ οὐ τῶν, ἵνα μηδὲν εὑρεθῇ, διὰ τοῦτο ἀπορίας ἐσμὲν κινούντων, ἀλλὰ τῶν, ἵν᾽ ἀκριβῶς εὑρεθῇ, διὰ τοῦτο πανταχόσε περισκεπτομένων, ἑτοίμως χρὴ πᾶν τὸ ἀντιπίπτον εἰς τὸ μέσον ἐκφέρειν μηδὲν ὑποστελλο(558)μένους. διότι μὲν γὰρ ἐνεργοῦσιν οἱ μύες, διὰ τοῦτ᾽ αὐτοὺς κινεῖσθαι λέγομεν· διότι δ᾽ οὔθ᾽ ὅλον τὸ κῶλον, οὗ μέρος εἰσὶν, οὔτ᾽ αὐτοὶ κατὰ μόνας φαίνονται κινούμενοι, διὰ τοῦτ᾽ αὐτοὺς πάλιν οὐ τολμῶμεν ὁμολογεῖν κινεῖσθαι. τίνα οὖν ἄν τις λύσιν ἐφεύροι τῆς ἀπορίας; πότερον ἣν οἱ τὰς τονικὰς καλουμένας

dem et tendi, ſed non moveri? Atqui, ſi hoc verebimur dicere, non agere quidem eos dicendum; abſurdum enim eſt fateri, eos agere ſecundum innatam et maxime propriam actionem, moveri autem eos negare. Atqui non apparent moveri. Cur igitur non oportet etiam contraria ponere, etiamſi quam maxime ardua et diſtinctu difficilis eorum ſit pugna? Si enim argumentandi cupidi in contraria argueremus, male faceremus; quum autem non ſimus de numero eorum, qui ideo movent dubitationes, ut nihil inveniatur, ſed de iis potius, qui undique diligenter idcirco conſiderant, ut exacte inveniatur, oportet alacriter omne, quod in controverſiam venit, in medium proferre nihil formidantes. Quia namque muſculi agunt, ideo eos moveri dicimus; quia vero nec totum membrum, cujus pars ſunt, neque ipſi ſingillatim apparent moveri, propter hoc rurſus non audemus fateri, eos moveri. Quam igitur quispiam ſolutionem dubitationis inveniat? utrum eam, quam afferunt, qui ſupponunt motus tonicos

ὑποθέμενοι κινήσεις, ἤ τινα ἑτέραν βελτίονα, ἢ μηδὲ περὶ τούτου προπετῶς ἀποφαινόμεθα, πρὶν ἀκριβῶς διασκέψασθαι, τί ποτε καὶ λέγουσιν; ἐμοὶ μὲν πολὺ τοῦτο δοκεῖ βέλτιον εἶναι.

Κεφ. η΄. Καὶ δὴ ποιῶμεν οὕτως, καὶ πρῶτον μὲν, ὥσπερ ἐκεῖνοι διδάσκουσιν, ὁ λόγος προΐτω. νοήσωμεν, ἕλκεσθαί τι σῶμα τῶν ἀψύχων, οἷον ξύλον ἢ λίθον, ὑπό του, αὖθις δ᾽ αὖ νοήσωμεν, ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς ἐπὶ τἀναντία ταὐτὸ τοῦτο πάλιν ἀντισπᾶσθαι, κρατεῖν μέντοι τῇ ῥώμῃ τὴν προτέραν ὁλκὴν, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ἕπεσθαι μὲν ἐκείνῃ τὸ σῶμα, πολὺ δ᾽ ἧττον, ἢ εἰ πρὸς μηδενὸς ἀνθείλκετο. τρίτην δὴ κατάστασιν τῷ τοιούτῳ σώματι προσφέρωμεν, ὅταν ἰσοσθενῶς εἰς τἀναντία τείνηται. οὐκοῦν ἡ μὲν πρώτη κατάστασις ἐκίνησεν αὐτὸ μίαν κίνησιν, ὅσην ἡ τοῦ κινοῦντος ἰσχὺς ἠδύνατο, καὶ εἰς τοσαύτην ἠνάγκασε προελθεῖν διάστασιν, εἰς ὅσην οἷόν τ᾽ ἦν ἄγειν τὸ κινοῦν. ἡ δὲ δευτέρα τοσοῦτον ἐλάττονα τῆς πρόσθεν τὴν διάστασιν ἀπέδειξεν, ὅσον θάτερον τῶν κινούντων εἰς τὸ ἐναντίον ἀπέσπασε

appellatos, an aliquam aliam meliorem? An ne de hoc quidem temere pronunciemus prius, quam accurate confideraverimus, quidnam tandem dicant? mihi multo quidem melius hoc videtur effe.

Cap. VIII. Atque jam ita agamus, et primum (ut certe illi docent) fic fermo procedat. Intelligamus, trahi aliquod corpus inanimatum, ut puta lapidem aut lignum, ab aliquo; rurfus confideremus, ab altero quodam ad contraria hoc idem iterum retrahi, vincere tamen robore priorem tractum, et propter hoc fequi illum corpus, multo autem minus, quam fi a nullo in contrarium traheretur; tertiam autem conftitutionem hujuscemodi corpori afferamus, quando videlicet aequis viribus in contraria tenditur. Non igitur prima quidem conftitutio movit ipfum uno motu, quanto vires moventis poterant, et in tantam coëgit diftantiam progredi, in quantam id, quod movet, potuit ducere; fecunda autem tanto minorem diftantiam priore effecit, quanto alterum moventium

τὸ κινούμενον. ἡ δὲ τρίτη κατάστασις, ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν κινήσεων εἷλκε πρόσω, τοσοῦτον ἀντισπώσης εἰς τοὐπίσω τῆς ἑτέρας, ἐν ταὐτῷ τόπῳ τὸ σῶμα μένειν ἠνάγκασεν, οὐχ ὡς τὸ παντελῶς ἀκίνητον· μένει γὰρ καὶ τοῦτ᾽ ἐν ταὐτῷ διὰ παντὸς, ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοίως ἐκείνῳ· τὸ μὲν γὰρ, ὅτι μηδ᾽ ὅλως κινεῖται, τὸ δὲ, ὅτι διττῶς, ὥσπερ καὶ ὁ πρὸς ῥοῦν ποταμῶν νήχων ἐναντίως. καὶ γὰρ οὗτος, ἐὰν ἰσοσθενὴς ᾖ τῇ τοῦ ῥοῦ σφοδρότητι, κατὰ τὸν αὐτὸν ἀεὶ διαμένει τόπον, οὐχ ὡς μηδ᾽ ὅλως κινούμενος, ἀλλ᾽ ὅτι πρόσω τοσοῦτον ὑπὸ τῆς οἰκείας διαφέρεται κινήσεως, ὅσον ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ὀπίσω φέρεται. οὐδὲν δὲ χεῖρον οὕτω ἀσαφὲς πρᾶγμα διὰ πλειόνων ἐξετάζεσθαι παραδειγμάτων. ἔστω τις ὑψηλὸς ὄρνις ἐν ταὐτῷ τόπῳ φαινόμενος μένειν. πότερον ἀκίνητον εἶναι τοῦτον λεκτέον, ὥσπερ εἰ καὶ κρεμάμενος ἄνωθεν ἔτυχεν, ἢ κινεῖσθαι τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω κίνησιν εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον ἤγαγεν αὐτὸν κάτω τὸ τοῦ σώματος βάρος; ἐμοὶ μὲν τοῦτο ἀληθέστερον εἶναι δοκεῖ. στερήσας γοῦν αὐτὸν τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ τῶν μυῶν τόνου, ταχέως ἐπὶ τὴν

in contrarium attraxit id, quod movetur; tertia conſtitutio, quantum alter motuum trahebat prorſum, tantum alter retrahens retrorſum in eodem loco corpus manere coëgit, non ut penitus immobile. Manet enim et hoc in eodem perpetuo, ſed non ſimiliter illi; hoc, quia nequaquam movetur; illud, quia dupliciter, velut qui adverſus curſum fluvii natat. Hic enim, ſi viribus aequalis ſit vehementiae curſus, in eodem ſemper permanet loco, non tanquam is, qui nullo pacto movetur, ſed prorſum proprio motu fertur tantum, quantum externo retrorſum rapitur. Nihil autem obſuerit rem ita obſcuram pluribus exemplis explicari. Sit aliqua avis in ſublimi, quae in eodem loco manere videatur; utrum dicendum eſt, hanc immobilem eſſe, ceu ſi ſuſpenſa ſuperne fuerit, an moveri ad ſuperiora tantum, quantum gravitas corporis eam deorſum duxerit? Mihi ſane hoc verius eſſe videtur; nam ſi ipſam privaveris anima, vel vigore muſculorum, celeri-

γῆν ὄψει καταφερόμενον· ᾧ δῆλον, ὅτι τὴν σύμφυτον τῷ τοῦ σώματος βάρει κάτω ῥοπὴν εἰς ἴσον ἀντεσήκου τῇ κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς τόνον ἄνω φορᾷ. πότερον οὖν ἐν [376] ταῖς τοιαύταις ἁπάσαις καταστάσεσι ποτὲ μὲν κάτω, ποτὲ δὲ ἄνω τὸ σῶμα φέρεται τἀναντία πάσχον ἐν μέρει, διὰ δὲ τὸ ταχείας τε καὶ ὀξυῤῥόπους γίνεσθαι τὰς μεταβολὰς καὶ κατὰ βραχυτάτων διαστημάτων φέρεσθαι τὰς κινήσεις ἐν ταὐτῷ φαίνεται τόπῳ μένειν, ἢ ὄντως ἕνα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου κατέχει τόπον, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ διελθεῖν· ἐν γὰρ τοῖς φυσικοῖς περὶ κινήσεως λόγοις τὰ τοιαῦτα ἐρευνᾶσθαι δικαιότερον· ἀλλ᾽ ἀρκεῖ πρός γε τὰ παρόντα τοῦτο ἐξευρῆσθαι, τὸ γίγνεσθαί τι καὶ τοιοῦτον εἶδος ἐνεργείας, ὃ καλεῖν μὲν εἴτε τονικὸν, εἴτ᾽ ἄλλως, ὡς ἂν ἐθέλῃς, οὐ διοίσει. γινώσκειν δ᾽, οἷόν ἐστι, κάλλιον ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἀργοὺς εἶναι τοὺς μῦς, ἀνατεταμένης τῆς χειρός. τέτταρες οὖν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ τῶν κατὰ τοὺς μῦς εἰσι κινήσεων. ἢ γὰρ συστέλλονται, ἢ ἐπεκτείνονται, ἢ μεταφέρονται, ἢ τεταμένοι μένουσιν. ἔστι δὲ τοῦ αὐτοῦ

ter ad terram deferri cernes: quo manifeftum, connatam lationem gravitati corporis deorfum aequalem ad fuperiora lationi vigore animi effe. Utrum igitur in omnibus hujusmodi conftitutionibus alias deorfum, alias furfum corpus feratur contraria viciffim patiens, quod autem celeres et momentaneae fiunt mutationes et motus in breviffimis fpatiis ferantur, in eodem loco manere videatur, an vere unum locum perpetuo obtineat, non eft praefentis temporis differere, nam in naturalibus de motu difputationibus ejusmodi fcrutari eft aequius, fed fufficit in praefenti hoc inventum effe, quod ea actionis fpecies fiat, quam five tonicam five aliter appellare velis, nihil intererit; quam cognofcere, cujusmodi fit, eft fatius, ne mufculi videantur effe otiofi, quum manus furfum eft tenfa. Quatuor igitur omnino doctrinae motuum funt in mufculis; nam aut contrahuntur, aut extenduntur, aut transferuntur, aut tenfi manent: eft au-

γένους ἡ τετάρτη διαφορὰ τῇ πρώτῃ, ἀμφότεραι γὰρ ἐνέργειαι μυός. ἐπεὶ δὲ τὸν νεκρὸν μῦν, ᾧ μηκέτι μέτεστι τοῦ ψυχικοῦ τόνου, διατεμόντες ἐγκάρσιον ὅλον, ἐπὶ τὰ πέρατα συνελκόμενον ὁρῶμεν, δόξειεν ἂν οὐκ ἀλόγως ἔργον τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ κατασκευῆς τοῦθ' ὑπάρχειν. καὶ μὴν εἰ τὸ σῶμα τοῦ μυὸς εἰς αὐτὸ συνέλκεσθαι πέφυκε, τίς ἔτι χρεία τῆς ψυχικῆς δυνάμεως κινούσης αὐτὸν, εἰ μή τι πρὸς τὸ παραχωρεῖν ἀλλήλοις τῶν κινήσεων τοὺς μῦς ἡ παρὰ τῆς ψυχῆς δύναμις χρήσιμος; εἰ γὰρ, ὃ ποιεῖν ἑκάτερος ἐπεφύκει, τοῦτ' ἔδρα διὰ παντὸς, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε παθήματι τῷ καλουμένῳ τετάνῳ συνέχεσθαι τὸ σῶμα. τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ τέτανος, ἢ ὅταν εἰς τἀναντία πρὸς τῶν ἀντιτεταγμένων μυῶν ἀκουσίως ἀντισπᾶται τὰ μόρια; τοῦ δὲ μὴ γίνεσθαι τοῦτο τὴν τῆς ψυχῆς ἴσως ἄν τις αἰτιάσαιτο δύναμιν, καὶ φαίη κελεῦσαι τοῖς μυσὶν ἄγειν σχολὴν, ὅταν τοὺς ἀντικειμένους αὐτῷ δέῃ κινεῖσθαι. ἀλλ' εἰ τοῦθ' ὁμολογήσαιμεν, πρῶτον μὲν τἀναντία τοῖς πρόσθεν ἐροῦμεν· οὐ γὰρ ἔτι τὸ κινεῖσθαι τοῖς μυσὶ παρὰ τοῦ ψυχικοῦ τόνου δώσομεν,

tem ejusdem generis quarta doctrina cum prima, ambae enim actiones musculi sunt. Quum autem musculum mortuum, qui non est amplius particeps animalis vigoris, totum incidentes per transversum, ad suos fines contrahi conspiciamus, videbitur utique non immerito hoc esse officium constitutionis corporis ipsius. Atqui si corpus musculi in se ipsum contrahi natum est, quis usus adhuc erit animalis facultatis ipsum moventis, nisi ad hoc, ut musculi mutuo motibus cedant? Nam si, quod uterque facere natus erat, id ageret perpetuo, nihil certe prohiberet corpus obnoxium semper esse affectui, qui tetanus nuncupatur; quid enim aliud tetanus est, quam quum partes invitae in contraria retrahuntur a musculis oppositis? Ut autem id non fiat, aliquis forte facultatem animae causetur, dicatque, jubere ipsam musculis otium agere, cum oppositos ipsis moveri oporteat. Verum si id fatebimur, primum quidem contraria iis, quae antea dicta sunt, dicemus: non enim amplius musculos moveri

ἀλλὰ τὸ μὴ κινεῖσθαι, πολλά τε τῶν φαινομένων κατ᾽ αὐτοὺς ἕξομεν ἐναντιούμενα, καὶ πρῶτόν γε καὶ μέγιστον τὸ, τοῦ καθήκοντος εἰς τὸν ἐντὸς μῦν νεύρου τμηθέντος, ἐκτεινόμενον αὐτίκα τὸν μῦν ἐκεῖνον ὁρᾶσθαι καὶ διὰ παντὸς ἐν τούτῳ μένοντα. χρὴ γὰρ, εἴπερ ἡ μὲν συστολὴ σύμφυτος αὐτοῦ τῷ σώματι, τὸ δὲ ἐκτείνεσθαι τῆς ψυχῆς κελευούσης ἐγίνετο, τὴν ἔκτασιν ἀπόλλυσθαι μᾶλλον, ἢ τὴν συστολὴν, ἡνίκα πρὸς τὴν ἀρχὴν κοινωνίας ἀπέσχισται μῦν τμηθέντα. νυνὶ δ᾽ ἔμπαλιν ἔχει, συστέλλεται μὲν, οὗ τὸ νεῦρον ἄτμητον, ὁ δ᾽ ἐναντίως ἐκτείνεται. ἐχρῆν δὲ οὐ μόνον τοῦ τμηθέντος τὸ νεῦρον ἀπόλλυσθαι τὴν ἔκτασιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ τμηθέντος ἄμφω διασώζεσθαι, τήν τ᾽ ἔκτασιν καὶ τὴν συστολὴν, εἴ πέρ γε τὸ μὲν ἐκτείνεσθαι παρὰ τοῦ νεύρου, τὸ δὲ συστέλλεσθαι παρ᾽ ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ μύες. τίνα οὖν καὶ ταύτης τῆς ἀπορίας ἕξομεν λύσιν; ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς διαφορᾶς χρὴ κἀνταῦθα τὸ διάφορον εὑρεῖν τῆς τε τοῦ σώματος τῶν μυῶν κινήσεως καὶ

ab animali vigore, ſed potius non moveri concedemus; tum multa, quae in ipſis apparent, habebimus ſibi ipſis adverſantia. Primum ſane et maximum, quod nervo perveniente ad muſculum, qui intus eſt, abſciſſo ſtatim muſculus ille extenſus videtur, ac ſemper in extenſione manere. Oportet enim, ſi modo contractio quidem connata eſt ejus corpori, extenſio autem anima jubente fiebat, extenſionem perire potius, quam contractionem, quando is, cui nervus abſciſſus eſt, muſculus a communione cum principio eſt ſejunctus: nunc vero contrario modo ſe habet, contrahitur ſiquidem ille, cui non eſt abſciſſus nervus, qui autem illi eſt contrarius, extenditur. Oportebat autem non ſolum ejus, cui nervus abſciſſus eſt, extenſionem perire, ſed et ejus, cui non eſt abſciſſus, ambo conſervari, et extenſionem et contractionem, ſi modo extendi quidem a nervo, contrahi vero a ſe ipſis muſculi habent. Quomodo igitur et hujus dubitationis ſolutionem habebimus? Ex ipſa rerum diverſitate oportet et hic diſcrimen invenire et motus

τῆς χρωμένης αὐτῶν δυνάμεως. τίς οὖν ἡ διαφορά; τμηθέντος τοῦ ἔξω μυὸς, ἢ τένοντος, κάμπτεσθαι παραχρῆμα τὸ μόριον, κἂν μὴ προαιρώμεθα κάμπτειν αὐτὸ ὑπό τινος καμφθέν. οὐδὲ γὰρ τοῦτο χρὴ παραδραμεῖν, ὑπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ δηλονότι τῶν ἐντὸς μυῶν εἰς ἑαυτοὺς πεφυκότων συντρέχειν. εἰ γὰρ οὐ τῆς ἡμετέρας ὁρμῆς ἡ κάμψις τοῦ μορίου, πῶς ἂν ὑπὸ τῆς ψυχικῆς γίνεσθαι λέγοιτ' ἂν δυνάμεως; ἵν' οὖν γνῷς, τίς ἐστιν ἡ τῆς δυνάμεως ἴδιος κίνησις, [377] κάμπτειν ἐπὶ πλέον τὸν ἄνθρωπον πειρᾶσθαι κέλευσον τὸ κεκοιλωμένον μόριον· ὄψει γὰρ ἐναργῶς αὐτὸ καμπτόμενον. αὖθις οὖν ἐκλῦσαι τὴν τοῦ κάμπτειν ὁρμὴν κέλευσον· ὄψει γὰρ αὐτὸ πάλιν ἐκτεινόμενον μέχρι τοῦ τὴν πρότερον ἀπολαβεῖν καμπὴν, εἰς ἣν ἠνέχθη χωρὶς ὁρμῆς. ἐκ γὰρ τούτων τῶν φαινομένων ἐναργῶς ἔστι μαθεῖν, ὡς εἰς ἀκριβῆ καὶ τελείαν καμπὴν οὐκ ἄν ποτε ἀφίκοιτ' ἐξ αὐτοῦ σῶμα τοῦ μυὸς, μὴ βοηθούμενον ὑπὸ τῆς ψυχικῆς δυνάμεως. μάτην οὖν, φήσει τις ἴσως, τὸ φύσιν ἔχον συστέλλεσθαι τὸ σῶμα τῶν μυῶν ἐγένετο ἀπὸ τῆς ψυχῆς τε-

corporis mufculorum; et facultatis, quae ipfis utitur. Quod igitur eft difcrimen? Abfciffo mufculo externo aut tendone ftatim partem flecti, tametfi flectere ipfam nolimus. At a quo flectitur? (neque enim id praeterire oportet) ab ipfo fcilicet mufculorum internorum corpore in fe ipfum natura confidente. Quod fi flexio partis non eft voluntatis noftrae, quonam pacto fieri dicatur ab animali facultate? Ut igitur difcas, quis fit facultatis proprius motus, jubeto hominem conari partem laefam impenfius flectere: videbis fane evidenter ipfam flecti. Rurfus jubeto exolvere voluntarium motum flectendi: videbis certe iterum eam extendi, quousque primam flexionem refumat, ad quam deducta eft absque voluntario conatu. Ex his enim, quae apparent, evidenter intelligi poteft, quod in exactam et perfectam flexionem nunquam corpus mufculi ex fe ipfo pervenire poffet, nifi ab animali facultate adjuvaretur. Fruftra igitur, forte quifpiam dicet, corpus mufculorum eà naturà, ut contrahi poffit, factum

λεώτερον αὐτὸ καὶ κάλλιον ἐργαζομένης. ὁ δὴ τοῦτ᾽ ἐρῶν εἷς τίς ἐστι τῶν τῆς ἀπορίας τε καὶ ἀοριστίας, ὥς αὐτοὶ καλοῦσιν, ἐραστῶν· ὃν ἡδέως ἂν ἐροίμην, εἰ τὸ πεφυκὸς ἐκτείνεσθαι μόριον ἐπιτηδειότατον ὄργανον ἡγεῖται τῆς συνάγειν ἔργον ἐχούσης δυνάμεως, ἢ τὸ ἐναντίον. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδ᾽ ἐπινοῶ εὑρεῖν, πῶς ἀφυέστερον εἰς κίνησιν ὄργανον ἄν τις κατεσκεύασεν, ἢ εἰ πρὸς τἀναντία (559) ῥέπον αὐτὸ τῆς τοῦ κινοῦντος ὁρμῆς ἐποίησεν. εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἀφυὲς, τοὐναντίον ἅπαν τὸ νεῦρον ἐξ ἑαυτοῦ, πρὸς ὃ τὸ κινῆσον βούλεται, εὐφυέστατον. τῆς οὖν ψυχικῆς δυνάμεως ἕλκειν ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν τὸν μῦν σπευδούσης, ἡ κατασκευὴ πρὸς τοῦτ᾽ ἐπιτήδειος αὐτῷ γέγονε. τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐστιν.

Κεφ. θ'. Ἐκεῖνο δ᾽ ἄν τις εὐλογώτερον ζητήσειέ τε καὶ ἀπορήσειε, τί δή ποθ᾽ ὅλως ἰδίαν ἔφαμεν εἶναι κίνησιν τῷ σώματι τοῦ μυὸς ἐσχάτην τὴν συστολὴν, εἴ γε καὶ μετὰ τὴν τελείαν ἔκτασιν συστέλλεται, καὶ μετὰ τὴν τελείαν

eſſe, quum ab anima id ipſum perfectius ac melius efficiat. Sed qui hoc dicet, unus ex iis eſt, qui de nullo pronunciare, ſed de omnibus dubitare, ut ipſi loquuntur, ſolent; quem libenter percunctarer, an partem, quae nata eſt extendi, putet aptiſſimum inſtrumentum potentiae, cujus officium eſt cogere, an contra. Equidem ne excogitare quidem poſſum, quonam pacto quis inſtrumentum ineptius ad motum conſtruxiſſet, quam ſi ipſum ad contraria voluntati moventis vergens feciſſet; quod ſi hoc eſt ineptum, contrarium profecto eſt aptiſſimum omne quod ex ſe ipſo inclinat, quo moturum velit. Quum igitur facultas animalis feſtinet muſculum ad proprium principium trahere, ſtructura ad hoc apta ipſi fuit. Hoc quidem tale eſt.

Cap. IX. Illud vero quis juſtius quaerat dubitetque, curnam omnino proprium motum dixerimus eſſe corpori muſculi extremam contractionem, quum et poſt perfectam extenſionem contrahatur, et poſt extremam

Ed. Chart. V. [377.] Ed. Baf. I. (559.)
συστολὴν ἐκτείνεται. ἢ γὰρ οὐδετέραν αὐτῷ κίνησιν οἰκείαν εἶναι λεκτέον, ἀλλὰ κατά τι σύμπτωμα γίνεσθαι, ἢ ἀμφοτέρας ὁμοίως οἰκείας ὑπάρχειν ἡγητέον. ἢ ὅτι πλεῖστον μὲν ἀποχωρεῖ τῆς τελείας ἐκτάσεως, ὀλίγον δὲ τῆς τελείας συστολῆς, διὰ τοῦτο οἰκειοτέραν αὐτοῦ τὴν συστολὴν ἡγητέον; ὄντων γὰρ δυοῖν ὑπερβολικῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, σχημάτων, ἄκρας ἐκτάσεως καὶ τελείας συστολῆς, εἰ μηδὲν μᾶλλον οἰκεῖον ἦν τῷ σώματι τοῦ μυὸς τὸ συστέλλεσθαι τοῦ ἐκτείνεσθαι, τὸ μέσον ἀκριβῶς ἀμφοῖν ἂν ἐλάμβανε σχῆμα καὶ διὰ παντὸς εἰς τοῦτ᾽ ἤρχετ᾽ ἂν ἀφεθείς· νυνὶ δ᾽ οὐ φαίνεται, προσέρχεται γὰρ ἐγγύτερον τῆς τελείας τοῦ κώλου κάμψεως, ἤπερ τῆς ἐκτάσεως. ἀλλὰ κἂν τοῦτο δοθῇ τε καὶ ῥηθῇ, ὥσπερ οὖν δίκαιον δίδοσθαι τοῦτο καὶ λέγεσθαι, (φαίνεται γὰρ οὕτως ἔχον,) ἔτι μοι δοκεῖ σκεπτέον εἶναι, τί δή ποτε, τῆς ἐσχάτης καμπῆς τῷ κώλῳ γινομένης καθ᾽ ὁρμὴν, ἐπειδὰν ἐκλύσωμεν ταύτην, ὀλίγον ἀποχωρῶν ὁ μῦς φαίνεται καὶ πρὸς βραχύ πως ἐκτεινόμενος· ἐχρῆν γὰρ μηδ᾽ ὅλως, εἴπερ ἡ τοῦ σώματος αὐτοῦ φύσις

contractionem extendatur. Aut enim neutrum ipfi motum proprium effe dicendum, fed cafu aliquo fieri, aut utrosque fimiliter proprios effe exiftimandum eft. An, quod plurimum quidem recedit a perfecta extenfione, parum vero a perfecta contractione, idcirco magis propria ei contractio putanda eft? Quum enim duo fint (ut fic dixerit aliquis) in figuris exceffus, videlicet fumma extenfio et perfecta contractio; fi non magis proprium effet corpori mufculi contrahi, quam extendi, mediam amborum figuram exacte fumeret, femperque ad eam dimiffus tenderet; nunc vero non apparet, accedit enim propius ad perfectam membri flexionem quam extenfionem. Verum fi hoc concedatur ac dicatur, ut fane aequum eft concedi et dici, (apparet enim ita habere,) adhuc videtur mihi confiderandum effe, cur, extrema flexione membri voluntaria facta, quum ipfam folverimus, parum difcedere mufculus appareat, paulatimque quodammodo extendi; id enim haudquaquam erat neceffe,

ἐπὶ τὸ συστέλλεσθαι ῥέπει. τίνων οὖν εἰς τοῦτο λογισμῶν εὐπορήσομεν, ἐν μέσῳ κείσθω σκοπεῖν τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς, ἵν', εἰ μὲν ἀποδεικνύντες ὀρθῶς καὶ μηδαμῶς σφαλλόμενοι φαίνοιντο, πᾶν ἤδη τὸ προτεθὲν εὑρῆσθαι λέγωμεν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τῶν γε πλείστων, τῶν μὲν εὑρημένων ἤδη, τῶν δ' ἐμμελῶς ἠπορημένων, ἄλλος τις καὶ ἄλλος τὸ λεῖπον ἐξεύρῃ. ἵνα δὲ ὁ μέλλων λόγος ᾖ μοι σαφὴς, δέομαί τινος εἰκόνος, ἣν οὐ μόνον σοι νοῆσαι δυνατὸν, [378] ἀλλὰ καὶ κατασκευάσαι βουληθέντι. δύο γὰρ ὀστᾶ λαβὼν οἵου βούλῃ ζώου κατ' ἄρθρον ἀλλήλοις συμβάλλοντα, δύο σειρὰς ἐκ νεύρων πλειόνων πλεξάμενος, ἤτοι κατακόλλησον ἀκριβῶς, πρὸς οἷς ἂν ἐγὼ κελεύσω μέρεσι τῶν ὀστῶν, ἢ πρόσδησον· κελεύω δὲ κολλᾷν ἢ προσδεῖν, ἵνα περ οἱ μύες τοῖς ὀστοῖς ἐνεφύοντο. διττοῦ δὲ ὄντος τρόπου τῆς ἐμφύσεως ἅπασι τοῖς μυσὶν, οὐδὲν χεῖρον ἑκάτερον αὐτῶν μιμήσασθαι διὰ τῆς εἰκόνος. ἐγχειρητέον οὖν σαφῶς ἑρμηνεῦσαι τὸν διττὸν τοῦτον τρόπον· οὐδὲ γὰρ ὀρθῶς ἄν τις

ſiquidem natura ipſius corporis ad contractionem vergit. Quas vero ad hoc rationes adducere poſſimus, in medio ponatur conſiderandum veritatis amatoribus; ut, ſi quidem recte demonſtraverimus, neque ipſi falli appareant, totum jam propoſitum inventum eſſe dicamus; ſin id minus, ſaltem, quum plurima quidem partim jam invenerimus, partim vero alia diligenter ſimus perſcrutati, alius quis et alius, quod deeſt, inveniat. Ut autem futurus ſermo ſit dilucidus, aliqua ſimilitudine eſt opus, quam non modo intelligere potes, verum etiam, ſi vis, comparare. Duo enim oſſa capiens cujusvis animalis, ad articulum inter ſe conjuncta, duas catenas ex pluribus nervis connectens, aut conglutinato accurate, in quibus ego partibus oſſium juſſero, aut alligato. Jubeo autem conglutinare vel alligare, quo loco muſculi oſſibus inſerebantur. Quum autem ſit duplex modus inſertionis omnibus muſculis, nihil obeſt, quominus utrumque ipſorum per ſimilitudinem imitemur. Conandum eſt igitur clare interpretari duplicem hunc modum; non enim re-

αὐτὸν μιμήσαιτο, μὴ ἀκριβῶς ἐκμαθών. ἀρχὴ δ᾽ ἂν ἥδε γίγνοιτο τῷ λόγῳ δικαιοτάτη. τῶν συμβαλλόντων ἀλλήλοις ὀστῶν, ἵν᾽ ἄρθρον γένηται, τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν ἐστι τὸ κινούμενον, θάτερον δὲ οἷον ἕδρα τις ὑπερήρεισται τῷ κινουμένῳ, καθάπερ ὁρᾷς τοὺς τῶν θυρῶν στρόφιγγας ἔχοντας. ὥστ᾽ ἐξ ἀνάγκης τῷ μένοντι μὲν ἡ κοιλότης, τῷ κινουμένῳ δ᾽ ἡ κυρτότης ὑπῆρξε. καλεῖται δ᾽ ἡ μὲν κοιλότης κοτύλη τε καὶ γλήνη, ἡ δ᾽ αὖ κυρτότης κεφαλή τε καὶ κόνδυλος. τοσοῦτον δ᾽ ἡ κοτύλη τῆς γλήνης βαθυτέρα, ὅσον ἡ κεφαλὴ τοῦ κονδύλου προμηκεστέρα· ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρῳ καθάπερ στρόφιγγι χώραν ἐπιτηδείαν ἡ φύσις παρεσκεύασεν. ἐπειδὴ δὲ οὕτω καλῶς εἶχε τὰ κινηθησόμενα, πολὺ κάλλιον αὐτοῖς ἔτι καὶ τεχνικώτερον συνῆψε τὰ κινήσοντα. τὰ γὰρ τῶν κινήσεων ὄργανα, τοὺς μῦς, ἐξέφυσε μὲν τῶν ὑπερκειμένων ὀστῶν, ἐν οἷς αἱ κοτύλαι, κατέφυσε δὲ εἰς τὰς κεφαλὰς τῶν ὑποκειμένων, ἅπερ ἔμελλε κινεῖσθαι· καὶ διὰ τούτων ἐκτεινομένων ἀνασπωμένων τῶν κε-

cte quis ipfum imitetur, nifi exacte noverit. Principium autem hoc orationi juftiffimum fuerit. Quum offa invicem coëant, ut articulus fiat, alterum quidem ipforum eft, quod movetur, alterum vero veluti fedes quaedam ei, quod movetur, eft fubfirmatum; quomodo cernis oftiorum cardines fe habere. Quare neceffario manenti quidem cavitas, ei vero, quod movetur, devexitas adeft. Vocatur autem cavitas et cotyle et praeterea glene, devexitas vero caput et condylus. Tanto autem cotyle, quam glene, eft profundior, quanto caput condylo eft longius; utrumque enim utrique, velut cardini, locum aptum natura comparavit. Quum vero hoc modo bene haberent, quae movenda erant, multo adhuc aptius atque artificiofius eis conjunxit, quae motura erant. Nam mufculos, inftrumenta motuum, produxit quidem ex fuperjacentibus offibus, in quibus funt cotylae, inferuit autem in capita fubjacentium, quae erant movenda; et per hos intenfos capitibus furfum tractis, fimul cum eis

φαλῶν, συναναςπᾶται πᾶν τὸ κῶλον. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν αὐτῶν μεῖζον, ὁ δὲ ἔλαττον ὀστοῦν ἔμελλε κινήσειν, ἀνάλογον τοῖς ὄγκοις τῶν κινηθησομένων ὀστῶν τὸ μέγεθος τῶν κινησόντων ἐδημιούργησε μυῶν, ὥστε εὐλόγως οἱ μὲν ἐξ αὐτῶν τῶν κεφαλῶν ἢ κονδύλων τῶν ὑπερκειμένων ὀστῶν ἐξέφυσαν, οἱ δὲ μικρὸν τούτων κατωτέρω, πλησίον τῆς κοτύλης ἢ γλήνης, οὐ πάνυ τι· μικροὶ γὰρ ἂν οὕτω παντάπασιν ἐγένοντο καὶ ἀδύνατοι κινεῖν τὸ ὑποκείμενον ὀστοῦν. αὕτη μὲν ἡ φύσις τῶν τ᾽ ἀλλήλοις συντεταγμένων ὀστῶν κατ᾽ ἄρθρα καὶ τῶν κινούντων αὐτὰ μυῶν. μιμήσαιο δ᾽ ἂν αὐτὴν ὀρθῶς, εἰ τὴν σειρὰν ἐξάψας θατέρου τῶν ὀστῶν καθ᾽ ὃ μέρος ὁ μῦς ἐξεφύετο, καθάψεις αὐτῆς τὸ λοιπὸν πέρας εἰς τὴν κεφαλὴν θατέρου τῶν ὀστῶν, ἵνα περ ὁ μῦς κατεφύετο, δυοῖν τούτοιν στοχαζόμενος, ἑτέρου μὲν, τοῦ τὸ πάχος τῆς σειρᾶς ἱκανὸν εἶναι κινεῖν καὶ ὀχεῖν τὸ ὑποτεταγμένον ὀστοῦν, ἑτέρου δὲ, τοῦ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν σχημάτων μηδ᾽ ὅλως τετάσθαι τὴν σειρὰν, ἀλλ᾽ οὕτως ἔχειν, ὡς εἰ καὶ κατὰ τῆς γῆς ἔῤῥιπτο μηδενὸς ἐξημμένη. δύο οὖν

totum membrum furfum trahitur. Quum autem alter ipforum majus, alter vero minus os erat moturus, magnitudinem mufculorum, qui moturi funt, creavit proportione parem moli movendorum offium. Quare alii quidem jure ex ipfis capitibus aut condylis fuperjacentium offium funt exorti, alii vero paulo his inferius juxta cotylem aut glenen, fed non multum; parvi fiquidem hoc pacto penitus fuiffent, nec potuiffent movere fubjectum os. Haec quidem natura eft offium conjunctorum inter fefe articulis et mufculorum ipfa moventium. Imitari autem eam recte poffis, fi catenam ex altero offium appendens ea parte, qua mufculus enafcebatur, applices ejus alium finem in caput alterius offium, quo mufculus inferebatur, duo haec obfervans, nempe ut craffities catenae fatis fit movendo ac vehendo offi fubjecto, tum ne in exceffibus figurarum catena fit tenfa, fed ita fe habeat, quafi humi jaceret a nullo appenfa. Sint igi-

ἔστωσαν αἱ σειραὶ τὰς χώρας τῶν ἀντιτεταγμένων μυῶν, τῶν ἐκτείνειν καὶ κάμπτειν τὸ κῶλον πεφυκότων, κατειληφυῖαι, τηνικαῦθ' ἑκατέρας παντελῶς ἐλευθερουμένης τῆς ἐντάσεως, ἡνίκα ἔσχατον ἔχει τὸ κῶλον σχῆμα, ἡ μὲν ἐκτὸς, ὅταν ἀκριβῶς ἐκτεταμένον ᾖ, ἡ δ' ἐντὸς, ἐπειδὰν κεκαμμένον. τούτων ὧδε κατασκευασθέντων, πρόδηλον, ὅτι τῶν σειρῶν ἑκατέρα πρὸς μὲν τῶν ἡμετέρων ἑλκομένη χειρῶν εἰς ἐσχάτην ἔκτασιν ἢ καμπὴν ἄγει τὴν τῶν ὀστῶν σύνταξιν, αὗται δὲ καθ' ἑαυτὰς ἀφεθεῖσαι, μέσον σχῆμα τῆς τῶν ὀστῶν συνθέσεως ἐνεργήσασαι, τοῦ λοιποῦ μένουσιν ἡσυχάζουσαι. προσέχειν δὲ δεῖ τὸν νοῦν μὴ παρέργως αὐτῷ τῷ σχήματι· τὸ μέσον γὰρ ἀκριβῶς τοῦτό ἐστιν ἐσχάτης ἐκτάσεως καὶ συστολῆς. εἰ μέντοι τὴν ἑτέραν τῶν σειρῶν ἐπιτέμοις μὲν κατά τι, μὴ διατέμοις δ' ὅλην, βραχὺ παντελῶς ἐπὶ θάτερα τοῦ μέσου σχήματος μεταστήσεις τῶν ὀστῶν τὴν σύνταξιν· [379] εἰ δὲ καὶ διατέμοις ἅπασαν, ἐπὶ πλέον μὲν, οὐ μὴν ὥστ' εἰς ἔσχατον ἐλθεῖν σχῆμα. τὰ γὰρ δὴ ἔσχατα σχήματα μετὰ τοῦ ταῖς χερσὶν ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἕλκειν

tur duae catenae, quae loca occuparunt oppofitorum mufculorum, qui extendere et flectere membrum nati funt, utraque tunc penitus liberata a tenfione, quando membrum extremam habet figuram, altera quidem externa, cum exacte eft extenfum, altera autem interna, cum flexum. His ita ftructis, manifeftum, quod catenarum utraque a manibus noftris tracta in extremam extenfionem aut flexionem ducit offium conftructionem; ipfae vero per fe ipfas dimiffae, mediam figuram compofitionis offium ubi effecerint, poftea quiefcunt. Adhibere autem mentem oportet praecipue huic ipfi figurae; media enim exacte haec eft inter extenfionem et contractionem. Si tamen alteram catenarum incideris quidem in aliquo, non autem abfcideris totam, parum omnino ad alteram partem mediae figurae transferes offium conftructionem: quod fi penitus abfcideris, impenfius, non tamen ita, ut ad ultimam veniat figuram; extremae namque figurae non aliter fieri videntur, nifi quum catenas manibus tra-

τὰς σειρὰς οὐκ ἄλλως φαίνεται γιγνόμενα. τὰ δ᾽ αὐτὰ ταῦτα συμπτώματα κἀπὶ τῶν μυῶν ἐναργῶς ὁρᾶται, ἀνάλογον μὲν ἔχοντος τῇ σειρᾷ τοῦ μυὸς, τῇ κινούσῃ δ᾽ αὐτὴν χειρὶ τῆς ψυχῆς. οὔτε γὰρ ἄνευ τῆς χειρὸς οὐδετέρα τῶν σειρῶν εἰς ἔσχατον σχῆμα τὴν τῶν ὀστῶν ἀγαγεῖν δύναται σύνταξιν, οὔτ᾽ ἄνευ τῆς ψυχικῆς ὁρμῆς οὐδέτερος τῶν μυῶν οὔτ᾽ ἐσχάτην καμπὴν οὔτ᾽ ἔκτασιν ἄκραν ἐργάσασθαι τοῦ μορίου. στερήσας δὲ τοὺς μὲν μῦς τῆς ψυχικῆς ὁρμῆς, τὰς δὲ σειρὰς τῆς χειρὸς, τὸ μέσον ὄψει σχῆμα τῶν ὀστῶν πρὸς ἄλληλα γιγνόμενον. εἰ δὲ τέμοις τὸν ἐκτὸς μῦν, καμπτόμενον ἐπὶ πλέον τοῦ μέσου σχήματος ὄψει τὸ κῶλον, ὥσπερ εἰ τὴν ἐκτὸς σειρὰν ἔτεμες. οὕτω δὲ καὶ, εἰ τὸν ἐντὸς μῦν τέμοις, ἐκτεινόμενον ἐπὶ πλέον τοῦ μέσου θεάσῃ τὸ μόριον. τίνες οὖν αἰτίαι καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν κατὰ τοὺς μῦς παθημάτων; ἀρχὴ μὲν ἁπασῶν μία τὸ τοὺς μῦς τελείαν ἔχειν συστολὴν ἐν τοῖς ὑπερβολικοῖς σχήμασιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν σειρῶν εἶχεν· αἱ δ᾽ ἄλλαι

has ad proprium principium. Eadem haec accidere et in mufculis evidenter cernuntur, quippe quum mufculus catenae proportione refpondeat, anima vero manui moventi ipfam; neutra enim catenarum absque manu ad extremam figuram conftructionem offium deducere poteft, neque ullus mufculorum absque animali impetu extremam flexionem aut fummam extenfionem partis efficere; privatis autem mufculis quidem animali impetu, catenis vero manu, mediam videbis figuram offium inter fe mutuo fieri. Quod fi incideris mufculum externum, flecti membrum ultra mediam figuram videbis, quemadmodum fi catenam externam incidiffes: pari modo, fi mufculum internum incideris, extendi partem plus medio videbis. Quaenam igitur caufae funt tum horum tum aliorum omnium affectuum, qui mufculis accidunt? Principium quidem omnium unum eft, videlicet mufculos perfectam habere contractionem in excedentibus figuris, quemadmodum in catenis habebat; reliquae autem omnes hanc

Ed. Chart. V. [379.] Ed. Baſ. I. (559. 560.)

πᾶσαι ταύτῃ ἀκόλουθοι. τὴν οὖν ἀρχὴν αὐτόθεν ἀποδείξομεν. οὐ γὰρ ἐξ ὑποθέσεώς τινος ἡμῖν ἀδήλου ληπτέον αὐτὴν, ἀλλ᾿ ἔκ τινος ἐναργῶς φαινομένου κατὰ τοὺς μῦς ἅπαντας συμπτώματος. τίνος τούτου; τοῦ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένου, τοῦ συστέλλεσθαι τὸν μῦν εἰς τοσοῦτον, ὅταν ὁ τένων ἀποτμηθῇ τοῦ κώλου τῆς κε(560)φαλῆς, εἰς ὅσον, ὅταν ὑπὸ τῆς προαιρέσεως κινούμενος εἰς τὴν ἐσχάτην καμπὴν ἀγάγῃ τὸ κῶλον. ἐνδείκνυται γὰρ ἐναργῶς τὸ τοιοῦτον φαινόμενον εἰς ἐσχάτην πεφυκότα συστολὴν ἔρχεσθαι τὸν μῦν, ὅσον ἐπὶ τῇ κατασκευῇ τοῦ σώματος. ὅταν γὰρ ἀφαιρεθῇ τῆς πρὸς τὸ ἀντιτεῖνον ὀστοῦν συνεχείας, τόθ᾿ οἷον ἐκ δεσμοῦ λυθεὶς καὶ τελέως ἐλεύθερος γενόμενος ἐνεδείξατο τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. ἕως δὲ ὑπὸ τοῦ κατ᾿ ἀντικρὺ τεταγμένου μυὸς ἀνεσπᾶτο τὸ μόριον, ἔχοντος δηλονότι κἀκείνου τὴν αὐτὴν φύσιν, ὡς δὴ σπεύδειν ἐπὶ τὴν ἐσχάτην συστολὴν, τὸ ἴσον ὁ ἕτερος μῦς ὑπὸ θατέρου τῆς εἰς ἑαυτὸν ἀπεστερεῖτο συνόδου, καὶ οὕτω συνέβαινε τῶν

conſequuntur. Principium autem hinc pariter oſtendemus, non enim ex hypotheſi quadam nobis incerta ſumendum eſt ipſum, ſed ex quodam ſymptomate, quod evidenter apparet in omnibus muſculis. Quidnam autem eſt id? cujus certe ante meminimus, quod muſculus tantum contrahitur, quum tendo abſciſſus a membri capite fuerit, quantum motu voluntario incitatus in extremam flexionem duxerit membrum; oſtenditur enim manifeſte hujusmodi apparere, muſculum ſuapte natura in extremam contractionem progredi, quantum in ſtructura corporis eſt poſitum. Quum enim ſolutus fuerit continuitate, quam habet cum oſſe obnitente, tunc, quaſi vinculis ſolutus et perfecte liber factus, ſuam ipſius naturam oſtendit, quamdiu vero a muſculo ex oppoſito conſtituto pars retrahitur, qui et ipſe eandem naturam habet, ut ſtatim ad extremam contractionem feſtinet, alter muſculus ab altero aequaliter privatur coitu in ſe

ἀντιτεταγμένων ἐν τοῖς κώλοις μυῶν ἑκάτερον τὸ τῆς συστολῆς ἥμισυ βλάπτεσθαι. τῷ γὰρ πεφυκέναι μὲν ἀμφοτέρους εἰς ἐσχάτην ἀεὶ συστολὴν ἐπείγεσθαι, προσδεδέσθαι δ' ἐκ τῶν ἀντικειμένων μερῶν ἑνὸς ὀστοῦ κεφαλῆς, πάντως ἀναγκαῖον ἦν ἰσοσθενέσι κινήσεσι διειλημμένον τὸ κῶλον ἕπεσθαι μηδετέρᾳ. τὸ μηδετέρᾳ δ' ἕπεσθαι ταὐτὸν ἦν τῷ μέσον ἔχειν σχῆμα τῶν ἐσχάτων. ἐκείνων γὰρ ἑκάτερον ἐγίνετο, τῆς ἑτέρας αὐτῶν κρατούσης· ἡ μὲν ἔκτασις, τῆς ἐκτὸς, ἡ δὲ κάμψις, τῆς ἐντός. ἰσοσθενὴς μὲν οὖν ἡ τοῦ σώματος αὐτῶν τῶν μυῶν γίνεται κίνησις, ὅταν μηδετέρᾳ σύμμαχον ἔχῃ τὸν ψυχικὸν τόνον· ἀνισοσθενὴς δὲ, ὅταν ἡ ἑτέρα μόνη κρατῇ. ὥστε ἀναγκαῖον νικᾷν ἐκείνου τοῦ μυὸς τὴν συστολὴν, ὁπότερος ἂν ὑπὸ ψυχικῆς βοηθῆται δυνάμεως. τριῶν μὲν δὴ φαινομένων αἰτίας εὑρήκαμεν, ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ὁρμηθέντες, ἣν οὐδ' αὐτὴν ἐξ ὑποθέσεως ἡμετέρας, ἀλλ' ἐξ ἐναργοῦς ἐλάβομεν φαινομένου. διὰ γὰρ τὸ φαίνεσθαι τὴν ἐσχάτην συστολὴν λαμβάνοντας τοὺς μῦς,

ipſum; atque ita accidit oppoſitorum in membris muſculorum utrumque in dimidio contractionis laedi. Porro, quod uterque quidem ſua natura in extremam contractionem ſemper feſtinet, alligati autem ſint e partibus oppoſitis capiti unius oſſis, omnino neceſſe eſt membrum aequipollentibus motibus interceptum neutrum ſequi. Neutrum autem ſequi idem eſt, ac ſi mediam haberet figuram extremorum; illorum enim utrumque fiebat, altero ipſorum praevalente; extenſio quidem, externo, flexio vero, interno. Aequipollens igitur motus ipſius corporis muſculorum fit, quando neuter tonum animalem habet auxiliarem, non aequipollens vero, quum alter ſolus dominatur. Quare neceſſe eſt vincat contractio illius muſculi, qui ab animali facultate adjuvetur. Trium igitur apparentium cauſas invenimus, ab uno principio profecti, quod ne ipſum quidem ex hypotheſi noſtra, ſed ex evidenter apparentibus ſumpſimus. Quod enim muſculi videntur accipere extremam contractionem, quum

ὅταν ἀπολυθῶσι τοῦ πρὸς τὰς κεφαλὰς τῶν κώλων δεσμοῦ, δῆλον ἡμῖν ἐγένετο πεφυκέναι μὲν αὐτοὺς, ὅσον ἐπὶ τῇ κατασκευῇ, συστέλλεσθαι τελέως, δι᾽ ἄλλο δέ τι [380] κωλύεσθαι. τί δ᾽ ἦν τὸ κωλῦον ζητοῦντες, προσεχῶς μὲν τὸν δεσμὸν εὕρομεν. οὗ γὰρ ἀποκοπέντος εἰς ἔσχατον συνεστέλλοντο, τοῦτο τοῦ μὴ συστέλλεσθαι πρότερον αἴτιον ἐτιθέμεθα. τὸν δεσμὸν δ᾽ οὐχ ἁπλῶς, ὅτι δεσμός ἐστι, διὰ τοῦτο κωλύονθ᾽ εὕρομεν συστέλλεσθαι τοὺς μῦς, ἀλλ᾽ ὅτι καταφύεται εἰς ὀστοῦ κεφαλὴν εἰς τἀναντία μέρη τεινομένην. καὶ διὰ τοῦτο εὐπορήσαμεν αἰτίας δευτέρου φαινομένου, τοῦ τὸ μέσον σχῆμα λαμβάνειν τὰ κῶλα, μηδετέρου τῶν μυῶν ὑπὸ τῆς ψυχικῆς δυνάμεως κινουμένου. τρίτον δ᾽ ἦν ἐπὶ τούτοις φαινόμενον τὸ κάμπτεσθαι καὶ συστέλλεσθαι ἢ ἐκτείνεσθαι τηνικαῦτα τὸ κῶλον, ὅταν τὸν μῦν τὸν ἕτερον μόνον ἡ προαίρεσις κινῇ· νικᾶσθαι γὰρ ἐν τούτῳ τὸν ἕτερον καὶ συνεκτείνεσθαι βιαίως ἀναγκάζεσθαι τῷ σύμπαντι κώλῳ. φέρε δὴ πρὸς τούτοις

foluti fuerint vinculo, quo ad capita membrorum funt alligati, palam nobis factum eft, eos fua natura quidem, quantum ad ftructuram eorum pertinet, perfecte contrahi, fed propter aliud quiddam impediri: quid autem effet, quod impediret, quaerentes, proximam caufam vinculum invenimus; quo enim abfciffo in extremum contrahebantur, hanc caufam priorem, cur non contraherentur, pofuimus. Vinculum autem non fimpliciter, quia vinculum eft, idcirco prohibere invenimus, quo minus mufculi contraherentur, fed quia inferitur in caput offis, quod in contrarias partes tenditur, eoque affecuti fumus caufam ejus, quod fecundo loco apparet, videlicet quod membra mediam figuram accipiunt, quum neuter mufculorum ab animali facultate movetur. Tertium erat ad haec apparens, videlicet flecti et contrahi aut extendi tunc membrum, quum alterum duntaxat mufculum voluntas movet; vinci enim interim alterum atque violenter cogi, ut fimul cum toto membro extendatur. Age igitur prae-

καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων φαινομένων εἴπωμεν τὰς αἰτίας, ἵν᾽, εἰ μὲν ὁμολογοῖεν ἀλλήλαις, πιστεύωμεν καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν λογισμοῖς, εἰ δέ πη καὶ διαφέροιντο κἂν καθ᾽ ἓν ὁτιοῦν, πάντας ὁμοίως ὑποπτεύοιμεν. ἔστω δὴ πρὸς τοῖς εἰρημένοις πρῶτον μὲν τόδε τὸ φαινόμενον. τμηθέντος μὲν τοῦ ἔξω μυὸς, ἐπέκεινα μὲν τοῦ μέσου σχήματος κάμπτεται τὸ κῶλον, οὐ μὴν εἰς ἔσχατόν γε. καίτοι τάχ᾽ ἂν ἴσως δόξειεν εὔλογον εἶναι, μηκέτι ἀντισπῶντος εἰς τἀναντία τὸν ἐντὸς μῦν μηδενὸς, εἰς ἐσχάτην ἰέναι δεῖν αὐτὸν συστολήν. ἀλλ᾽ ὁ γινώσκων οὕτως ἐπιλέλησται τοῦ κατὰ κῶλον βάρους ἀντιβαίνοντος τῇ παντελεῖ τοῦ μυὸς συστολῇ. καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς διὰ τῶν σειρῶν εἰκόνος ὁμοίως ἐμφαίνεται γινόμενον. οὐδὲ γὰρ, ἐκείνων τῆς ἐκτὸς τμηθείσης, εἰς ἐσχάτην ἠδύνατο ἐλθεῖν ἡ λοιπὴ συστολὴν, πρὶν ἀποτμηθῆναι τὸ κινούμενον ὑπ᾽ αὐτῆς ὀστοῦν· ἕως δ᾽ ἦν συνεχὲς, ἀντέσπα πρὸς ἑαυτὸ τὴν σειράν. οὐκοῦν κἀπειδὰν τὸν ἐντὸς μῦν διατέμῃ τις, ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ μέσου σχή-

Cap. I. Quisnam est usus respirationis? quod enim non *vulgaris* ea sit, hinc apparet, quod ne momentum quidem temporis ea deperdita sufficere possimus; ex quo manifestum est, ad nullam particularem actionem, sed ad ipsam vitam eam pertinere. Quemadmodum enim, si iis, quae ad ambulandi munus comparata sunt, privati fuerimus, ambulandi damnum percipimus, et si iis, quae ad videndum utilia sunt, privati fuerimus, non videmus, ita etiam, si iis, quae ad vitam necessaria sunt,

στερηθέντες ἀποθνήσκομεν. τί ποτε οὖν τηλικοῦτόν ἐστι τὸ παρὰ τῆς ἀναπνοῆς ἡμῖν χρηστόν; ἆρά γε τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐστι γένεσις, ὡς Ἀσκληπιάδης φησίν; ἢ γένεσις μὲν οὐχὶ, ῥῶσις δέ τις, ὡς του Νικάρχου Πραξαγόρας; ἢ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀνάψυξίς τις, ὡς Φιλιστίων τε καὶ Διοκλῆς ἔλεγον; ἢ καὶ θρέψις καὶ ἔμψυξις, ὡς Ἱπποκράτης; ἢ τούτων μὲν οὐδὲν, ἐπιπληρώσεως δὲ ἕνεκεν ἀρτηριῶν ἀναπνέομεν, ὡς Ἐρασίστρατος οἴεται; σχεδὸν γὰρ τοσαῦται γεγόνασιν αἱρέσεις περὶ χρείας ἀναπνοῆς, εἰ καί τινες τῶν εἰρημένων δοκοῖεν μὴ διαφέρειν, ὥσπερ ἥ τε τῶν λεγόντων ῥώννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ὑπὸ τῆς ἀναπνοῆς, καὶ ἡ τῶν ῥιπίζεσθαι. διαφέρουσι γὰρ οὐδὲν αὗται τῆς λεγούσης ἐμψύχεσθαι· πλὴν οὐ τὴν λέξιν χρὴ, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν σκοπεῖν, ἥτις ἐν ἁπά[414]σαις ἐστὶ μία. τὴν γὰρ ψύξιν οὐκ αὐτὴν δήπου δι᾽ αὐτὴν, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ῥίπισιν, ἢ τὴν ῥῶσιν, ἀλλ᾽ ὅτι φυλάττουσι τὴν ἔμφυτον θερμότητα, διὰ τοῦτο εἶναί φασι χρησίμους. καὶ εἰ τοῦτό ἐστι

privemur, morimur. Quod eſt igitur illud tam ingens a reſpiratione nobis commodum? Num animae ipſius generatio eſt, ut Aſclepiades ait? An generatio quidem non eſt, verum corroboratio quaedam, ut Nicarchi Praxagoras? An innati caloris refrigeratio quaedam, ut Philiſtion et Diocles dicebant? An et nutritio et refrigeratio, ut Hippocrates? Aut horum quidem nihil eſt, verum arteriarum expletionis gratia reſpiramus, velut Eraſiſtratus putat? Tot enim ferme extiterunt ſectae de uſu reſpirationis, etiamſi aliquae ex relatis non videantur differre, velut eorum, qui dicunt, innatum calorem corroborari a reſpiratione, et qui dicunt, eundem ventilari: nihil enim diverſum dicunt hi ab iis, qui refrigerari tradunt. Atqui dictionem non adeo, ſed ſententiam ſpectare oportet, quae ſane in omnibus una exiſtit; refrigerationem enim ipſam non propter ſe ipſam, veluti neque ventilationem aut corroborationem, commodas perhibent, ſed quod inſitum calorem conſervant. Atque ſi

τὸ κοινὸν ταῖς τρισὶ δόξαις, ἡ φυλακὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, χαλεπὸς ὁ περὶ πασῶν αὐτῶν γίνεται λόγος καὶ δυσδιαίρετος, ὅτι ψυχῆς οὐσίαν οὐκ ἴσμεν. εἴπερ οὖν ἐνέργεια μὲν ψυχῆς ἡ ζωὴ, μεγάλα δ᾽ αὐτὴ φαίνεται πρὸς τῆς ἀναπνοῆς ὠφελεῖσθαι, μέχρι πόσου τὸν τρόπον τῆς ὠφελείας ἀγνοεῖν εἰκός ἐστιν ἡμᾶς; μέχρις ἂν, οἶμαι, τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀγνοῶμεν. ἀλλ᾽ ὅμως τολμητέον τε καὶ ζητητέον τὸ ἀληθές. εἰ γὰρ καὶ μὴ τύχωμεν αὐτοῦ, πάντως δήπου πλησιέστερον, ἢ νῦν ἐσμεν, ἀφιξόμεθα. καὶ πρῶτόν γε δύο κεφάλαια πασῶν τῶν εἰρημένων αἱρέσεων ποιησάμενοι, πότερον αὐτῶν ἀληθέστερόν ἐστιν, εὑρεῖν πειραθῶμεν. ἐοίκασι γὰρ αἱ μὲν εἰς τὴν οὐσίαν ἀποβλέπειν τοῦ εἰσπνεομένου ἀέρος, αἱ δὲ εἰς τὴν ποιότητα. τὸ μὲν οὖν γεννᾶσθαι λέγειν τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ τρέφεσθαι, καὶ τὸ τὰς ἀρτηρίας ἐπιπληροῦσθαι, τὴν οὐσίαν ἐστὶ μόνον αἰτιωμένων, τὸ δὲ ῥιπίζεσθαι, καὶ ῥώννυσθαι, καὶ ψύχεσθαι, τὴν ποιότητα· καθ᾽ ὃν, οἶμαι, λόγον καὶ σιτίον ὃ μὲν ὡς

hoc tres hae opiniones habeant commune, nempe insiti caloris conservationem, difficilis plane de omnibus ipsis tractatio oboritur, et quae aegre discerni possit, propterea quod animae substantiam ignoramus. Si quidem igitur actio animae est vita, atque ipsa a respiratione magnopere juvari videtur, quamdiu utilitatis modum ignorare nos verisimile est? Quoadusque sane animae substantiam ignoraverimus, ut ego plane opinor. Attamen audendum est et veritas investiganda; quam etiamsi non assequamur, omnino tamen propius, quam nunc sumus, ad eam perveniemus. Et primum utique omnibus supra relatis sententiis in duo capita coactis, utrum tandem ipsorum verius sit, invenire conabimur; videntur enim aliae quidem ex eis ad aëris, qui inspiratur, substantiam respicere, aliae vero ad qualitatem. Qui igitur animam generari dicunt, et nutriri, et arterias expleri, substantiam solum causantur: qui vero ventilari, et roborari, ac refrigerari, qualitatem. Juxta quam rationem etiam, qui

γλυκὺ προσφερόμενος, ἢ αὐστηρὸν, ἢ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, τὴν ποιότητα μόνον, ὁ δ᾽ ὡς τρέφον, εἰς τὴν οὐσίαν ἀποβλέπων αἱρεται. τοῦτ᾽ οὖν πρῶτον διορισόμεθα, πότερον αὐτῆς τῆς οὐσίας χρήζομεν τοῦ κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἐρχομένου ἀέρος, ἢ τῆς ποιότητος, ἢ ἀμφοτέρων.

Κεφ. β΄. Ἐπεὶ τοίνυν εἰσπνεύσαντες μὲν τῆς μὲν οὐσίας εὐποροῦμεν, πνιγόμεθα δὲ οὐδὲν ἧττον, ἢ εἰ μηδόλως εἰσεπνεύσαμεν, ἐμφαίνεσθαι δοκεῖ τὸ μὴ δεῖσθαι τῆς οὐσίας. ἀλλὰ πρὸς τοῦθ᾽ ὁ Ἐρασίστρατός φησιν, ὅτι μηδ᾽ ἕλκειν δύναται τὸν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀέρα κατὰ τὴν τῆς ἀναπνοῆς ἐπίσχεσιν ἡ καρδία· φυλάττεσθαι γὰρ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων τὸν ἴσον ὄγκον τῆς διαστάσεως ἐν ταῖς τοιαύταις καταστάσεσιν. εἴπερ οὖν εἵλκυσέ τι μέρος ἀέρος ἡ καρδία, κενὸς ἂν ὁ τοῦ καταληφθέντος ἐγένετο τόπος. τοῦτο δὲ ἐγένετο ἀδύνατον. ἵν᾽ οὖν μὴ γένηται ἀδύνατον, οὐδὲ μεταλήψεσθαί φησι τὴν ἀρχήν. δεῖ γὰρ, ἵνα τι μεταληφθῇ, μὴ μόνον εἶναι τὸ ἕλξον, ἀλλὰ καὶ τὸ με-

cibum ut dulcem, aut aufterum, aut calidum, aut frigidum exhibet, qualitatem folam refpicit, qui vero ut nutrientem, is fubftantiae refpectu eum offert. Hoc igitur primum determinabimus, utrum fubftantia aëris, qui per infpirationem advenit, indigeamus, an qualitate, an utrisque.

Cap. II. Quandoquidem igitur, poftquam infpirato aëre fubftantia ejus abundamus, nihilo minus fuffocamur, quam fi nihil omnino infpiraffemus, apparere videtur, fubftantia ejus nobis non opus effe. Verum ad hoc Erafiftratus inquit, quod neque cor ipfum aërem ex pulmone trahere poteft, fi refpiratio cohibeatur; in hujusmodi enim conftitutionibus aequalem organorum refpirationis molem fecundum dimenfionem fervari. Si igitur aliquam aëris partem attraheret cor, vacuus relinqueretur attracti locus, id quod impoffibile exiftit; ne itaque impoffibile fiat, neque ab initio inquit eum tranfumi; oportet enim, fi aliquid tranfumendum eft, non folum effe quod

Ed. Chart. V. [414. 415.] Ed. Baf. III. (159. 160.)

ταδιδοῦν· οὐ μεταδίδωσιν δὲ ὁ θώραξ, τὸν ἴσον ὄγκον τῆς διαστάσεως φυλάττων, οὐδ᾽ (160) οὖν οὐδ᾽ ἡ καρδία δύναται μεταλαμβάνειν, ἀλλ᾽ ἐπιχειρεῖ μὲν, ὡς ἔμπροσθεν, ἀνύει δ᾽ οὐδὲν, κἀντεῦθεν τὸ πνίγεσθαι. ἐπεὶ τοίνυν, ἵν᾽ ἑλκύσῃ τι τοῦ ἀέρος ἡ καρδία, συγχωρεῖν χρὴ τὸν θώρακα, συγχωρεῖ δ᾽, ἡνίκα μεταβάλλῃ τὴν διάστασιν, μεταβάλλει δ᾽ εἰσπνεόντων ἢ ἐκπνεόντων, τηνικαῦτα ἡ καρδία μεταλήψεται. ταυτὶ μὲν ὁ Ἐρασίστρατος. οἱ δ᾽ ἀντιλέγοντες αὐτῷ πρῶτα μὲν οὐδ᾽ ἀποδεῖξαί που, μηδ᾽ ὅλως παρεσπάρθαι τοῖς σώμασί που κενὸν, ἀλλ᾽ ὅτι μὴ ἀθρόον, ὑπομιμνήσκουσιν· ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ τοῦτο συγχωρηθείη, τὸ μηδ᾽ ὅλως ἐν τῷ κόσμῳ μηδαμοῦ παραπεπλέχθαι κενὸν, ἀλλά τοί γ᾽ οὐκ ἀδύνατον εἶναί φασι, τὴν αὐτὴν οὐσίαν, χεομένην τε καὶ πάντῃ τεινομένην, μείζονα τοῦ πρόσθεν τόπον ἐπι[415]λαμβάνειν· καὶ τρίτον, ὅτι τοῖς ἐναργέσιν ὁ λόγος αὐτοῦ μάχεται. βλέπομεν γὰρ, ὡς ἕλκει κατὰ τὰς ἐπισχέσεις τῆς ἀναπνοῆς ἡ καρδία τὸν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀέρα. τοῦτο δ᾽ ἕπεται τῷ δια-

trahat, fed et quod tribuat; non tribuit autem thorax aequalem dimenfionis molem fervans; neque igitur cor ipfum tranfumere poteft, fed conatur quidem, ut antea, perficit autem nihil, atque inde confequitur fuffocatio. Quandoquidem igitur, ut ex aëre quid attrahat cor, thoracem id permittere neceffe eft, permittit autem, quum dimenfionem transmutat, transmutat autem infpirantibus nobis aut expirantibus, tunc fane cor tranfumet. Atque haec quidem Erafiftratus. Caeterum, qui ei contradicunt, primum quidem, quod neque demonftraverit alicubi, quod vacuum omnino non fit in corporibus difperfum, fed quod non fit acervatim difperfum, commemorant. Poftea vero, etiamfi hoc concedatur, quod neque in mundo usquam vacuum fit admixtum, attamen non impoffibile effe ajunt, eandem fubftantiam fufam et penitus tenfam majorem, quam antea, locum occupare. Et tertium, quod cum evidentibus fermo ipfius pugnet: videmus etenim, cor in refpirationis cohibitione aërem ex pulmone attrahere, id quod ad cordis diftenfionem

στέλλεσθαι τὴν καρδίαν. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται κατ᾽ αὐτὸν, διαστέλλεσθαι μὲν, μηδὲν δ᾽ ἕλκειν· κενὸς γὰρ ἂν οὕτω γένοιτο τόπος. εἰ δ᾽ οὐ διαστέλλεται, δῆλον ὡς οὐδὲ κινεῖται. ἀλλὰ μὴν φαίνεται κινουμένη· τὸ ἐναντίον ἄρα τοῦ πρώτο υπεραίνεται, τὸ τὴν καρδίαν ἕλκειν ἐν ταῖς ἐπισχέσεσιν τῆς ἀναπνοῆς τὸν ἀέρα. πρὸς δὲ ταῦθ᾽ οἱ Ἐρασιστράτειοι πάλιν ἀμφισβητοῦσι περί τε χύσεως καὶ συστολῆς τὰ ἐναντία σκευάζειν πειρώμενοι καὶ περὶ τῆς κενοῦ παραπλοκῆς, καὶ ὡς ἡ μὲν καρδία παρὰ μὲν τοῦ πνεύμονος οὐδὲν ἕλκει τηνικαῦτα, παρὰ μέντοι τῆς μεγάλης ἀρτηρίας, ᾗ πρόσθεν ἐχορήγει. τινὲς δὲ οὐδὲ διαστέλλεσθαι ἢ συστέλλεσθαι λέγουσιν αὐτὴν, ἀλλ᾽ οἷον κραδαίνεσθαι. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην εἰρημένα κάλλιον εἶναί μοι δοκεῖ παραλιπεῖν, ἄτοπά τε φανερῶς ὄντα καὶ τῶν προσηκόντων ἐλέγχων ὑπὸ Ἀσκληπιάδου τετυχηκότα. διττὴν οὖν ἀνάγκη πρός γε τούτους γενέσθαι τὴν ἀντιλογίαν, πρὸς μὲν τοὺς παρὰ τῆς ἀρτηρίας ἕλκεσθαι τὸν ἀέρα λέγοντας, ἀντιλέγοντας τὴν διὰ τῶν ὑμένων ἐπίφυσιν κωλύουσαν, ὡς αὐτὸς ὁ Ἐρασί-

consequitur; neque enim possibile est ex Erasistrati sententia distendi et nihil attrahere, vacuus namque sic fieret locus; si vero non distenditur, manifestum est, quod neque movetur: atqui apparet ipsum moveri, contrarium itaque primi consequitur, nimirum cor in respirationis cohibitione aërem attrahere. Ad haec vero Erasistrati sectatores rursus tum de fusione simulque contractione contendunt, omnino contraria statuere conantes, tum de vacui complexu, tum quod cor a pulmone quidem tum nihil trahat, verum a magna arteria, cui prius ipsum suppeditabat: quidam vero neque distendi neque contrahi cor dicunt, sed veluti concuti. Porro, quae ab Asclepiadis sectatoribus dicta sunt, visa sunt mihi merito relinquenda esse, utpote manifeste absurda et justas reprehensiones ab ipso Asclepiade adepta. Duplex igitur necessario adversum illos fit contradictio, ut contra eos quidem, qui ab arteria aërem attrahi asserunt, membranas agnatas id impedire (quemadmodum ipse Erasistratus

Ed. Chart. V. [415.] Ed. Baf. III. (160.)
στρατος εἴρηκε, πρὸς δὲ τοὺς κραδαίνεσθαι μόνον, ὅτι παρὰ τὸ φαινόμενον λέγουσι· φαίνεται γὰρ ἐν μέρει διαστελλομένη τε καὶ συστελλομένη· κοινὴν δ᾽ αὖ πρὸς ἀμφοτέρους, τὴν πασῶν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν ὁμοίως γινομένην κατά τε τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν ἐπίσχεσιν. ἡ μὲν οὖν περὶ χύσεως οὐσίας ζήτησις εἰς τὸ ἀπέραντον μῆκος λόγου ἑκατέροις ἐκπίπτει. πρὸς δὲ τὸ μὴ δύνασθαι παρὰ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας ἑλκύσαι τι τὴν καρδίαν διὰ τὴν τῶν ὑμένων ἐπίφυσιν ἀπολογούμενοι φασὶ, περὶ τῆς κατὰ φύσιν οἰκονομίας ταῦτα εἰρηκέναι τὸν Ἐρασίστρατον, οὐ περὶ τῆς βιαίου καὶ παρὰ φύσιν. ἐπειδὴ γὰρ ἀναγκαῖόν ἐστι διαστελλομένην ἑλκύσαι τὴν καρδίαν, ὅταν μὲν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἕλκειν ἔχῃ, παρὰ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας μὴ λαμβάνεσθαι, κωλυόντων τῶν ὑμένων· ὅταν δ᾽ ἀπορῇ τῆς ἐκ τοῦ πνεύμονος χορηγίας, τηνικαῦτα ἐκ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας ἀντισπᾶν, βιαζομένην τοὺς ὑμένας. περὶ δὲ τῆς τῶν ἀρτηριῶν κινήσεως, ὁμοίως ἔν τε ταῖς ἀναπνοαῖς καὶ ταῖς ἐπισχέσεσι γιγνομένης, οὔ φασι χρῆναι

inquit) dicamus; contra eos vero, qui concuti folum cor perhibent, praeter id, quod evidentius eft, loqui indicemus; apparet enim, quod partim diftendatur, ac partim contrahatur: pariter autem utrisque dicamus, omnium arteriarum motum aequaliter fieri tum circa refpirationem, tum juxta ejusdem cohibitionem. Quaeftio igitur de fufione fubftantiae in infinitam fermonis longitudinem apud utrosque evagatur. Ad hoc vero, quod a magna arteria cor aërem trahere non poteft propter agnatas membranas, refpondentes inquiunt, Erafiftratum de naturali adminiftratione haec dixiffe, non de violenta atque ea, quae fit praeter naturam. Quum enim neceffarium fit cor diftenfum attrahere, tunc ex pulmone quidem id facere, quum habeat, quod inde trahat; minime vero a magna arteria accipere, quum membranae id fieri prohibeant: quum vero deftituitur pulmone nihil fuppeditante, tunc fane ex magna arteria ipfum revellere, membranis violenter praebere coactis. Caeterum de motu arteriarum, quod tum circa refpirationem, tum juxta ejusdem cohibitionem fimiliter fiat, nihil miri effe ajunt

θαυμάζειν οἱ Ἐρασιστράτειοι, τοσοῦτον γὰρ μόνον παραλλάττειν αὐτὴν τῆς ἐν τῷ κατὰ φύσιν διοικήσεως, ὅτι μὴ παρὰ τοῦ πνεύμονος, ἀλλὰ παρὰ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας ἡ καρδία τὴν ὁλκὴν τοῦ πνεύματος ποιησαμένη πάλιν εἰς ἐκείνην πέμπει· καὶ δι᾽ αὐτό γέ φασι πνίγεσθαι τὸ ζῶον, ὅτι τῆς παρὰ τοῦ πνεύμονος ἐστέρηται χορηγίας. τὰ μὲν δὴ πρὸς ἑκατέρων ἀντιλεγόμενα τοιαῦτα τετύχηκεν ὄντα, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ μήπω μὲν εἰρημένον, νῦν δὲ ἰδίᾳ καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων εἰρησόμενον, ὅτι μοι δοκεῖ περαίνειν ἐναργέστατον μόνον. ἐν μὲν γὰρ δὴ ταῖς ἐπισχέσεσι τῆς ἀναπνοῆς τί τὸ κωλῦόν ἐστιν ἕλκειν μὲν τὴν καρδίαν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀέρα, συστέλλεσθαι δὲ τὸν θώρακα, πεφυκότα γε τοῦτο πάσχειν; εἰ μὲν γὰρ μήτε διαστῆναι, μήτε συνιζῆσαι δυνάμενον ὄργανον ἦν, ἴσως ἄν τινα νοῦν εἶχε τὸ πρὸς Ἐρασιστράτου λεγόμενον. ἐπειδὴ δὲ κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον συστέλλεσθαι δύναται, τί κωλύει καὶ νῦν εἰς τοσοῦτον συνιζάνειν αὐτὸν, εἰς ὅσον ὑπὸ τῆς καρδίας ἐκκενοῦται; [416] τά τε γὰρ ἄλλα καὶ διὰ μυῶν ὑπὸ τῆς τοῦ ζώου

Eraſiſtrati ſectatores; in tantum enim eum ſolummodo diſcrepare a naturali diſpenſatione, quod non a pulmone, ſed a magna arteria cor ſpiritum trahens eundem rurſus ad illam remittit; atque ob hoc ipſum animal ſuffocari inquiunt, quod pulmonis influxu ſit privatum. Atque haec ſunt, quae ab utrisque contradicuntur. His accedit amplius, quod nondum eſt relatum, jam vero privatim et ſeorſum ab aliis dicetur, quod mihi valde efficax, utpote evidentiſſimum exiſtens, videtur, quid ſit tandem, quod circa reſpirationis cohibitionem prohibeat cor aërem ex pulmone trahere, contrahi vero thoracem, hoc ipſum pati a natura aptum. Si enim inſtrumentum eſſet, quod neque diſtendi, neque conſidere poſſet, fortaſſis ſenſum aliquem haberet, quod ab Eraſiſtrato dicitur; quando vero juxta illius ipſius traditionem contrahi poteſt, quid prohibet etiam nunc in tantum conſidere ipſum, in quantum a corde evacuatur? Praeter alia enim

προαιρέσεως κινεῖσθαί φησιν ὁ Ἐρασίστρατος τὸν θώρακα, κἂν ὁτιοῦν χαλεπὸν θλίψῃ πανταχόθεν αὐτὸν τοῖς μυσὶ, μετὰ τοῦ κωλῦσαι τὴν ἄνωθεν κένωσιν, ὅπερ ἐν ταῖς καλουμέναις τοῦ πνεύματος καταλήψεσι κἂν ταῖς ἀποπατήσεσι γίνεται. πανταχόθεν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις ἐνεργείαις θλίβομέν τε τὸν θώρακα καὶ συστέλλομεν, βιαίως κλείσαντες τὸν ἄνω πόρον τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὡς μηδὲν δι᾽ αὐτῆς κενοῦσθαι. ὡς, εἴγε μὴ μόνον θλίψαιμεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἀνοίξαιμεν, λάβρος ἐκτὸς ὁ ἀὴρ μετά τινος φέρεται ψόφου, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον ἐκφύσησίς τις, ἀπὸ τῆς ἀψόφου μόνον ἐκπνοῆς διαφέρουσα πλήθει καὶ τάχει κενώσεως. ἵνα γὰρ εἰσπνευσθεὶς ἀὴρ ἀθρόως αὖθις ἀντεκπνευσθῇ, τάσεως πολλῆς πανταχόθεν ἐδέησε τῷ θώρακι. τὸ μὲν δὴ τῆς τάσεως κοινὸν τρισὶν ἐνεργείαις, τὸ δὲ ἠνεῶχθαι τὸν ἄνω πόρον ἴδιον τῆς ἐκφυσήσεως. οὐδὲν μὲν οὖν χαλεπὸν, οὐδ᾽ ὅταν ἐπέχωμεν τὴν ἀναπνοὴν, θλίβειν πανταχόθεν τὸν θώρακα, κλείσαντας τὸν ἄνω πόρον· οὕτως

et per mufculos pro animantis voluntate moveri thoracem Erafiftratus ait. Et in hoc nihil difficultatis eft, fi ipfe thorax undequaque a mufculis comprimatur, fimulque etiam evacuatio, quae fuperne fit, cohibeatur: id quod in fpiritus detentionibus et egeftionibus contingit, undequaque enim ejusmodi actionibus thoracem premimus et contrahimus, fuperiorem afperae arteriae meatum vi claudentes, ut ne quid per ipfam evacuetur. Quod fi non folum non premamus, fed et ipfum meatum aperiamus, plurimus aër cum quodam ftrepitu foras fertur, atque appellatur hujusmodi res efflatus quidam ab expiratione, quae citra ftrepitum fit, copia et velocitate motus tantummodo differens; etenim ut infpiratus aër acervatim rurfus refpiraretur, multa undequaque tenfione thoraci opus fuit. At vero tenfio ipfa tribus actibus communis exiftit; apertio vero fuperni meatus propria eft ipfi efflatui. Itaque nihil difficultatis eft, etiam quum refpirationem cohibemus, undequaque premere thoracem, ac fupernum claudere meatum; ita enim nedum non

γὰρ οὐχ ὅπως ἀντιπράττειν, ἀλλὰ καὶ συνεργεῖν ἑλκούσῃ τῇ καρδίᾳ δυνήσεται. καὶ φανερῶς ἐξελήλεγκται ψεῦδος ὂν τὸ πρὸς Ἐρασιστράτου λεγόμενον, ὡς οὐχ οἷόν τέ ἐστι τὴν καρδίαν μεταλαβεῖν ἐκ πνεύμονος ἀέρα κατὰ τὰς ἐπισχέσεις τῆς ἀναπνοῆς. ἔστι γὰρ ἑκάστῳ τὴν πεῖραν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ λαβεῖν, μυριάκις εἰσπνεύσαντα πλεῖστον θλίβειν πανταχόθεν τὸν θώρακα καὶ μηδὲν ἀντεκπνέοντα. φανήσεται γὰρ σφύζουσα μὲν ἐν τούτῳ ἡ καρδία, πνιγόμενος δ᾽ ὁ ἄνθρωπος, καὶ τοσοῦτόν γε μᾶλλον καὶ θᾶττον πνιγόμενος, ὅσον πλεῖον εἰσέπνευσεν. ὅπερ καὶ αὐτὸ μετρίως ἐνδείκνυται, μὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ποιότητος τοῦ πνεύματος δεῖσθαι τὴν καρδίαν. εἰ γὰρ ἡ καρδία τῆς οὐσίας ἐδεῖτο, μειζόνως ἂν ἐκ τῆς ἀπορίας αὐτῆς, ἤπερ ἐκ τῆς αὐτῆς εὐπορίας, αἱ βλάβαι συνέπιπτον. οὐ μὴν φαίνεταί γε τοῦτο γιγνόμενον, ἀλλ᾽, ὅταν εὐπορῇ πλείστου πνεύματος, ἀνιᾶται τηνικαῦτα μάλιστα. τρίτον ἐπὶ τούτοις οὐ τὸ τυχὸν γνώρισμα τὸ τὴν ἴασιν τοῖς οὕτω πνιγομένοις ἐκπνοὴν εἶναι. χρῆν δὲ μᾶλλον εἰσπνοὴν εἶναι, εἰ δι᾽ ἔνδειαν οὐσίας ἀέρος ἐπνιγόμεθα.

obfiftere, imo operationem trahentis cordis coadiuvare poterit. Et aperte coarguitur falfum effe, quod Erafiftratus dixit, quod impoffibile fit cor ex pulmone aërem transfumere circa refpirationis cohibitionem. Licet enim unicuique experimentum a fe ipfo accipere ita, ut fexcenties infpirationem faciat, plurimumque undequaque thoracem premat, et nihil rurfus expiret; apparebit enim nihilominus in ipfo cor quidem pulfare, fuffocari autem hominem, atque ideo magis ac citius, quo plus infpiravit; quod ipfum etiam mediocriter indicat, non fubftantia, fed qualitate fpiritus cor opus habere. Si namque cor fubftantia opus haberet, magis utique ex penuria ipfius, quam ex abundantia nocumenta acciderent; atqui hoc fieri non confpicitur, fed, quum maxime fpiritu redundat, tunc praecipue affligitur. Tertium infuper non vulgare fignum eft, quod, qui hoc modo fuffocantur, per expirationem fanantur; oportebat autem magis infpirationem effe, quod fanaret, fi ob penuriam fubftantiae aëris fuf-

τρία δὴ ταῦτα φανερῶς καταβάλλει τὸν Ἐρασιστράτου λόγον, ἓν μὲν δὴ καὶ πρῶτον, τὸ δύνασθαι τὴν καρδίαν ἕλκειν ἀέρα κατὰ τὰς τῆς ἀναπνοῆς ἐπισχέσεις, οὐδὲν γὰρ ἐφάνη πρὸς τοῦτο ἀντιπράττων ὁ θώραξ, ἕτερον δὲ δεύτερον, τὸ τηνικαῦτα πνίγεσθαι μᾶλλον, ἡνίκα εἰσπνεύσωμεν πλέον, καὶ τρίτον, τὸ μηδ᾽ εἰ πάνυ σφόδρα θλίβομεν τὸν θώρακα πανταχόθεν ἐν ταῖς ἐπισχέσεσι τῆς (161) ἀναπνοῆς, δαπανᾶσθαι τὸν ἀέρα πρὸς τῆς καρδίας, ἀλλ᾽ ὀρέγεσθαι τὸ ζῶον ἐκπνεῦσαι, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ τῆς πνίξεως ἄκος. ἐκ τούτων μὲν δὴ φανερῶς περαίνεται τὸ μὴ δι᾽ ἔνδειαν οὐσίας ἀέρος, ἀλλὰ δι᾽ ἄλλο τι πνίγεσθαι τὰ ζῶα. πρὸς δὲ τὰς ὑπολοίπους τῶν εἰρημένων ἀμφισβητήσεων αὖθις μεταβάντες, ἐπισκεψώμεθα πρότερον, οἳ λέγουσιν ἀληθέστερα. καὶ πρώτην γε πάλιν ἐξ αὐτῶν μεταχειρισόμεθα τὴν περὶ τῆς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν. οἱ γάρ τοι τοῖς Ἐρασιστρατείοις ἀμφισβητοῦντες ἀλλοιοῦσθαί φασι χρῆναι τὴν κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν παρὰ τὸν τῆς ἐπισχέσεως καιρὸν, ἄν τε κραδαίνεσθαι τὴν καρδίαν μόνον, ἄν τε καὶ καταστέλλεσθαι ὑποθη-

focaremur. Tria fane haec manifefte confutant Erafiftrati fermonem; unum quidem ac primum, quod cor aërem trahere poteft circa refpirationis cohibitiones, nihil enim in hoc obftare vifus eft thorax; alterum autem fecundum, quod tunc magis fuffocamur, quum plus infpiravimus; et tertium, quod neque tametfi valde vehementer thoracem undequaque comprimimus circa refpirationis cohibitiones, aër a corde confumitur, fed expetit animal expirare, id enim eft fuffocationis medela. Ex his quidem perfpicue confequitur, non ob inopiam fubftantiae aëris, fed propter aliud quippiam animalia fuffocari. Porro ad reliquas ex praedictis ambiguitatibus rurfus transgredientes confiderabimus prius, qui dicant veriora: ac primum fane eam tractabimus, quae eft de motu arteriarum. Equidem ii, qui contra Erafiftrateos ambigunt, motum arteriarum mutari oportere ajunt circa cohibitionis tempus, five concuti folum, five etiam contrahi cor fuppo-

ται. κραδαινομένης μὲν γὰρ, παντάπασιν ἀκινήτους χρὴ ἐγγίνεσθαι, μηδὲν λαμβανούσας παρ᾽ αὐτῆς, διαστελλομένης δὲ καὶ συστελλομένης, διπλοῦν φαίνεσθαι δεῖ τὸν σφυγμόν. ἐν μὲν γὰρ δὴ τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν τὸ ζῶον συστελλομένη μὲν [417] τὸ πνεῦμα ταῖς ἀρτηρίαις ἔπεμπεν, αἳ δὲ πληρούμεναι διεστέλλοντο· διαστελλομένη δὲ ἤδ᾽ εἷλκεν ἐκ τοῦ πνεύματος, αἳ δὲ τηνικαῦτα κενούμεναι συνεστέλλοντο. κατὰ δὲ τὸν ἐπισχέσεως καιρὸν, ἐπειδὴ διαστελλομένη παρὰ τῶν ἀρτηριῶν ἕλκει, παντί που δῆλον, ὅτι παλινδρομήσει τὸ δι᾽ αὐτῶν πρότερον ἐκ τῆς καρδίας ἐνηνεγμένον πνεῦμα. καὶ οὕτως, εἰ μὲν ἴσον εἴη τῷ πρόσθεν, ἴσην καὶ ποιήσεται τὴν διαστολὴν ἀρτηριῶν, εἰ δὲ μεῖον, ἐλάττονα πάντως ἢ πρόσθεν ποιήσεται διαστολὴν, καὶ αὐτὴν δηλονότι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ποιήσεται, καθ᾽ ὃν συνεστέλλετο πρότερον. τοῦτο δὲ οὐδέν ἐστιν ἄλλο, ἢ διπλασιασθῆναι τὰς κινήσεις τῶν ἀρτηριῶν. οὐ μὴν φαίνεται οὕτως γινόμενον· ᾧ δῆλον, ὅτι ψευδεῖς αἱ ὑποθέσεις εἰσίν. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἐπανερωτῶσιν, εἰ μηδὲν ἐκ τῶν ἀρτηριῶν

namus: fi enim concutitur, omnino immobiles fieri oportet, quum nihil ab ipfo accipiant; fi vero diftendatur ac contrahatur, duplum apparere oportet pulfum. Cum enim naturali modo habebat animal, ubi contrahebatur cor, fpiritum in arterias mittebat, hae vero ubi implebantur, diftendebantur; ubi vero diftendebatur cor, ex pulmone attrahebat, hae vero tunc, dum vacuantur, contrahuntur. At vero circa cohibitionis tempus, ubi diftenditur, ab arteriis trahit, atque omnibus fane manifeftum eft, quod recurret fpiritus, qui prius per ipfas ex corde fuit delatus; atque ita, fi par fuerit priori, parem etiam faciet diftentionem arteriarum, fi vero paucior, minorem omnino faciet, quam antea, diftentionem, atque ipfam nimirum circa id tempus faciet, quo prius contrahebantur; id vero nihil aliud eft, quam duplicari motus arteriarum. Atque hoc ita fieri non apparet: quare manifeftum eft falfas effe fuppofitiones. Amplius autem et hoc interrogant, an nihil ex arteriis evacuetur circa co-

κενοῦται περὶ τὸν τῆς ἐπισχέσεως καιρόν. ἔμπροσθεν μὲν γὰρ, ἡνίκα ἔπνει κατὰ φύσιν τὸ ζῶον, αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος οἴεται πᾶν ἐκκενοῦσθαι τὸ παρὰ τῆς καρδίας ἐκπεμπόμενον αὐταῖς. δῆλον ὡς ἐκτὸς τοῦ σώματος ἐκρίνετο, ἢ πως ἄλλως ἐκενοῦτο. νυνὶ δὲ τί ποτε φήσουσιν; ἆρα διεξέρχεσθαι μὲν οὕτως ὠκέως αὐτὸν διὰ τῶν ἀρτηριῶν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν, οὐ μὴν ἐκκενοῦσθαι τὸ βραχύτατον αὐτοῦ; καὶ πῶς ἐνδέχεται; ἀλλὰ κενοῦσθαι μὲν, οὐ μὴν ἕλκεσθαι αὖθις ἐκ τοῦ περιέχοντος, ὅταν ἡ καρδία παρὰ τῶν ἀρτηριῶν ἀνέλκῃ διαστελλομένη; οὐδὲ τοῦτο εἰπεῖν ἐγχωρεῖ. καὶ μὴν, εἴπερ ὅλως ἐστὶν ἀδύνατον ἐν τῷ διαστέλλεσθαι τὴν καρδίαν ἕλκεσθαί τι παρὰ τῶν ἀρτηριῶν ἔξωθεν, ἐκ τοῦ περιττοῦ θώραξ καὶ πνεύμων ἐγένετο. οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ἔλαττον ἂν εἷλκεν ἐκ τῶν ἀρτηριῶν, ἢ τοῦ πνεύμονος, ὅπου, τῶν ὑμένων ἐπικειμένων, ἕλκειν οὐδὲν ἧττον δύναται. δηλοῦνται δὲ ταῦτ᾽ ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν σφυγμῶν. παντί που δῆλον, ὡς πολὺ μᾶλλον εἷλκεν ἂν, εἰ μηδ᾽ ἐπε-

hibitionis tempus. Antea equidem, cum ſecundum naturam animal ſpirabat, ipſe Eraſiſtratus omne id evacuari opinatur, quod ad ipſas a corde eſt demiſſum; manifeſtum eſt autem, quod extra corpus excernebatur, vel quomodocunque aliter evacuabatur. Nunc autem quid tandem dicent? num pertranſire quidem ita velociter ipſum per arterias, velut etiam antea, non tamen vel minimum ejus evacuari? Et quo modo poſſibile eſt ſimul quidem evacuari, non tamen rurſus attrahi ex ambiente, quando cor ab arteriis attrahit, ubi diſtenditur? Neque vero hoc ipſum dicere licet. Atqui, ſi omnino poſſibile eſt, quum cor diſtenditur, attrahi quicquam ab arteriis extrorſum, ex ſuperfluo thorax et pulmo ſunt facti: neque enim hoc dici poteſt, quod minus traheret ex arteriis, quam ex pulmone, quando incumbentibus etiam membranis nihil minus trahere poteſt. Manifeſta autem fiunt ex pulſuum magnitudine; atque unicuique patet, quod multo magis traheret, ſi non in magnae arteriae oſculo mem-

φύκεισαν ὑμένες ἐν τῷ στόματι τῆς μεγάλης ἀρτηρίας. τὸ δ' ὅλον, εἰ μήθ' ἡ καρδία μήτε τις τῶν κατὰ μέρος ἀρτηριῶν ἀποροίη πνεύματος, ἐν ταῖς τῆς ἀναπνοῆς ἐπισχέσεσιν, ὡς δηλοῦσιν αὐτῶν αἱ διαστολαὶ, τὸν ἴσον ὄγκον τὸν πρόσθεν διασώζουσαι, τὸ πνίγεσθαι δὲ δέχεται σαφῶς, δηλοῦν, ὡς οὐχὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ ἀέρος ἔνδεια πνίγει τὰ ζῶα. δήλη μὲν ἤδη καὶ ἡ Ἀσκληπιάδειος ἐξηλεγμένη δόξα μετὰ τῆς Ἐρασιστράτου. δήλη τε καὶ ἡ Πραξαγόρου, καὶ Φιλοτίμου, καὶ εἴ τις ἕτερος ἕνεκα θρέψεως μόνης τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀναπνεῖν ἡμᾶς φησι. πρόσκειται δ' ἐν τῷ λόγῳ τὸ, μόνης, εὐλόγως. οὐδὲ γὰρ, ὡς μὴ ἐνδέχεται τρέφεσθαι τὸ ψυχικὸν πνεῦμα πρὸς τῆς ἀναπνοῆς, ἀπέδειξεν ὁ λόγος, ἀλλ' ὡς τὸ πνίγεσθαι τοῖς ζώοις, ἐπεχομένης τῆς ἀναπνοῆς, οὐ διὰ τὴν ἀτροφίαν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος γίνεται. πάρεστι γὰρ αὐτοῖς δαψιλὲς ἐν τῷ πνεύμονι τὸ πνεῦμα, καὶ ἄλλως χρόνου μικροτέρου δεῖται τὸ δι' ἔνδειαν τοῦ τρέφοντος πνεύματος ἀπόλλυσθαι μέλλον. Ἀσκληπιάδῃ δὲ

branae innatae eſſent. In univerſum autem, ſi neque cor, neque ulla aliqua arteria ſpiritu in reſpirationis cohibitione caret, id quod ex ipſorum diſtentionibus, quae eandem, ut prius, molem conſervant, fit manifeſtum, ſuffocatio tamen excipit evidenter, palam fit, quod non inopia ſubſtantiae ipſius aëris animalia ſuffocet. Patetque jam etiam Aſclepiadis opinionem una cum Eraſiſtrati eſſe confutatam; ſimiliter item Praxagorae et Philotimi, et ſi quis alius nutricationis ſolius ipſius animalis ſpiritus gratia nos reſpirare dixit. Caeterum rationabiliter et ex praemeditato in ſermone adjectum eſt, ſolius. Neque enim, quod impoſſibile ſit nutriri animalem ſpiritum a reſpiratione, indicat hic ſermo, ſed quod ſuffocatio reſpiratione cohibita, non propter nutrimenti animalis ſpiritus defectum, ipſis animalibus contingat; adeſt enim ipſis plurimus in pulmone ſpiritus, atque alias longius tempus requiritur ad hoc, ut animal propter nutrientis ſpiritus inopiam pereat. At vero cum

οὐδὲ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ δι᾽ ἑτέρων ἡμῖν εἰρημένα πρὸς τοὺς περὶ ψυχῆς αὐτοῦ λόγους μάχεται. δείκνυται γὰρ ἐν ἐκείνοις, ὡς ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, κἂν μὴ μία ᾖ, διὰ παντὸς τοῦ βίου μέχρι χρόνου συχνοῦ διαμένει· κατὰ δὲ τὸν Ἀσκληπιάδην οὐδὲ ἀριθμῆσαι δυνατὸν, ὅσας ἔχει. κἂν μὲν γὰρ ὀλίγον πρόσθεν οὖσα νῦν οἴχεται τελέως, ἄλλη δ᾽ ἔστιν ἡ νῦν οὖσα, μικρὸν δ᾽ ὕστερον οἰχήσεται μὲν αὕτη, γενήσεται δ᾽ ἑτέρα. ὃ ὡς ἔστιν ἀδύνατον καὶ ἄτοπον, δι᾽ ἐκείνων ἀποδέδεικται.

Κεφ. γ΄. [418] Εἰ τοίνυν ἤτοι τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ ἀέρος ἢ ἧστινος οὖν ἐνδείᾳ ποιότητος ἀποθνήσκει τὰ ζῶα πνιγόμενα, δέδεικται θάτερον ἀδύνατον. ἀπολείπεται θάτερον, ἐνδείᾳ ποιότητός τινος ἐν ταῖς ἐπισχέσεσι τῆς ἀναπνοῆς πνίγεσθαι τὰ ζῶα. τί γοῦν ἐστιν αὕτη, σκεπτέον. ἐπεὶ τοίνυν, ὅταν ἐν τοῖς κατὰ τὴν καρδίαν καὶ τὸν θώρακα τόποις ἀθροισθῇ θερμασία πλείων τῆς κατὰ φύσιν, ὡς ἐν τοῖς καυσώδεσι πᾶσι συμπίπτει νοσήμασιν, εὐθὺς καὶ πλέον

Asclepiadae de anima sermonibus non tantum haec, sed alia etiam alibi a nobis dicta pugnant: demonstratum enim illis est, quod animae substantia, etiam si una sit, per omnem tamen vitam ad multum tempus duret. At juxta Asclepiadem neque numerare possibile est, quot substantias habeat, siquidem sane, quae paulo ante erat, nunc penitus periit, alia autem nunc est, paulo post et ipsa interitura, generabitur vero rursus altera; quod impossibile et absurdum esse, illic clare a me est demonstratum.

Cap. III. Ad quaestionem igitur, an ipsius aëris substantiae, an alicujus qualitatis inopia animalia, quae suffocantur, moriantur, jam responsum, ac evidenter indicatum est, alterum impossibile esse; relinquitur itaque alterum, nimirum ob penuriam qualitatis alicujus animalia in respirationis cohibitione suffocari. Quae sit igitur ista qualitas, inquirendum venit. Quandoquidem igitur, ut amplior, quam secundum naturam, caliditas in locis circa cor et thoracem fuerit congesta, (quemadmodum in aestuosis omnibus contingit morbis,) statim et amplius

τοῦ συνήθους ἀναπνεῖν ὀρεγόμεθα, δόξειεν ἂν ἐμψύξεως ἕνεκα ἡ ἀναπνοὴ γενέσθαι. ἀλλὰ πάλιν εἰ κατεψυγμένων τῶν αὐτῶν τούτων ὀργάνων, ὥς ἔν τε τοῖς βουλίμοις καλουμένοις, κἀπειδάν τις ἰσχυρῷ ὁμιλήσῃ κρύει, μὴ ὅτι ψύχει τὴν ἐν ἡμῖν θερμασίαν, ἀλλὰ καὶ θερμαίνει, δι' ὀλίγου δεῖν ἅπασαν ἐψυγμένην, ὅμως εἰσπνέειν ὀρεγόμεθα, δόξει ἐναντιοῦσθαι, τὴν ἀναπνοὴν ἐμψύξεως ἕνεκα γίνεσθαι. καί τοί τινες ἀντιλαμβανόμενοι δεῖσθαι ἀεί φασιν ἐμψύξεως τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν, ἀλλ', ὅταν μὲν αὐξηθῇ, πλείονος, ἐλάττονος δὲ, ὅταν ἀῤῥωστοτέρα γένηται. καὶ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, οὐ γὰρ οὕτως ἐναντιοῦσθαι τῷ δόγματί φασιν, ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖν οἴονται. χαλεπὸν τοίνυν αὐτὸ τοῦτο πρότερον γίγνεται καὶ δυσδιαίτητον, ὅταν ἀπὸ τῶν αὐτῶν φαινομένων ὑπεναντίας ἐνδείξεις ἔχωνται. μεταστῆναι γὰρ οὐδετέρους οἴονται, τοὺς μὲν, ὡς ἔμψυξίς ἐστιν ἡ χρεία τῆς ἀναπνοῆς, εἰ, θερμαινομένων τῶν ἀνα-

ſolito reſpirare appetimus, videri poſſit utique refrigerationis gratia reſpiratio fieri. Verum rurſus, ſi perſrigeratis iisdem organis (quemadmodum in dicto bulimo, et ubi quis in magno frigore ſit verſatus, contingit) non ſolum non refrigerare eam, quae in nobis eſt, caliditatem oportet, ſed etiam calefacere, ut quae parum abeſt, quin penitus ſit perſrigerata, et tamen reſpirare appetimus, videtur ſane contrarium eſſe ei videlicet, quod reſpiratio refrigerationis gratia fiat. At vero aliqui contra inſtantes refrigeratione ſemper opus habere ajunt inſitam animantibus caliditatem, verum, quum aucta ea ſit, ampliore, pauciore vero, cum debilior ſit facta; atque ejusmodi affectiones non ſolum non contrarias huic dogmati eſſe ajunt, verum et teſtimonium praebere opinantur. Arduum igitur hoc primum eſt et difficile judicatu, quum ab iisdem apparentibus ſubcontrarias indicationes habeant. Neutros enim poſſibile eſt a ſententia ſua avocare; illos quidem, quod refrigeratio eſt utilitas reſpirationis, ſiquidem, calefactis reſpirandi organis, magis conſueto reſpirare appetimus, refrigeratis vero, vice verſa

πνευστικῶν ὀργάνων, ἔλαττον ἀναπνέομεν· τοῖς δ᾽ οὐδαμῶς, ὅσον ἐπὶ τούτοις, ἐμψύχεσθαι δεόμεθα. λέγοντος γοῦν, φασὶν, Ἱπποκράτους ἐν προγνωστικῷ, Ψυχρὸν δ᾽ ἐκπνεόμενον ἔκ τε τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεται, τὴν τοιαύτην τις ἐννοησάτω διάθεσιν, οἵα τίς ποτέ ἐστιν· εὑρήσει γὰρ, οἶμαι, κατεψυγμένων ἱκανῶς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, γινομένην αὐτήν. ἐχρῆν οὖν, φασὶ, μηδ᾽ ὅλως ἀναπνεῖν τοὺς οὕτω διακειμένους, ὡς ἂν τὸ τῆς ἐμψύξεως δεόμενον οὐκ ἔχοντας. ὡς γὰρ, εἰ μηδὲν ὅλως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετό τι τὸ δεόμενον ἐμψύξεως, οὐκ ἂν ἦν οὐδεμία χρεία τῆς ἀναπνοῆς, οὕτως, εἰ πρόσθεν ἦν, οἴχεται δὲ νῦν, οὐ δεησόμεθα. πρὸς δὴ ταῦτα, φασὶν, ἡ διὰ τῆς ἀναπνοῆς κίνησις ἐξάπτει ῥιπίζουσα. τὸ δὲ ὅτι μὴ ταὐτόν ἐστι τῷ πρόσθεν, οὐ μακροῦ μοι δοκεῖ δεῖσθαι λόγου. πρόσθεν μὲν γὰρ ἔλεγον ἐμψύχεσθαι, νῦν δὲ ἐξάπτεσθαι. ἐναντίον δὲ δήπου τὸ ἐμψύχεσθαι τῷ ἐξάπτεσθαι. τὸ μὲν γὰρ σβέννυσι, τὸ δὲ ἐξάπτει τὴν θερμό-

minus infpiramus; hos autem, quod nequaquam horum gratia refrigeratione opus habemus. Quum dicit igitur Hippocrates (inquiunt) in libro praenotionum, *Spiritus frigidus ex naribus atque ore exhalans perniciofus jam valde exiftit*, ejusmodi affectionem animo concipere quis poteft, qualis aliquando contingit: reperiet autem (ut opinor) talem, ubi multum perfrigerata funt refpirationis organa, factam. Oportebat igitur (inquiunt) neque in totum refpirare hoc modo affectos, utpote qui, quod refrigeratione indiget, non habeant. Quemadmodum enim, fi neque omnino a principio ftatim quicquam factum fuiffet, quod refrigeratione indigeret, nulla fuiffet refpirandi utilitas, ita etiam, fi prius erat, nunc vero periit, non indigebimus. Ad haec porro inquiunt, quod motus per refpirationem ventilando accendat. Id ipfum vero non idem effe cum priori, non longa differtatione mihi egere videtur: prius enim dicebant refrigerari, nunc vero accendi; contraria autem utique funt refrigerari et accendi; alterum enim extinguit, alterum accendit caliditatem; et

Ed. Chart. V. [418. 419.] Ed. Baf. III. (161. 162.)

τητα, καὶ τὸ μὲν, ἵνα μὴ καυθῇ τὸ δεχόμενον αὐτὴν σῶμα, τὸ δὲ, ἵνα μὴ καταψυχθῇ, γίνεται, πλὴν εἰ κατὰ συμβεβηκὸς καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάπτειν λέγοιεν. οὕτως δ᾽ οὐ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς, ἀλλὰ τὴν ποιητικὴν αἰτίαν εἴρηκεν. ἔστι γοῦν ἄμεινον, ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν τοιούτων αἱρέσεων μεταβάντας ἐκεῖνο πρότερον διασκέψασθαι. κινδυνεύουσι γὰρ ἅπαντες, ὅσοι περὶ τῆς ἐμφύτου θερμασίας παρήκασί τι, τὴν μὲν σωτηρίαν αὐτῆς ὀνειρώττειν, οὐ δύνασθαι δὲ ἀκριβῶς καὶ διηρθρωμένως ἐξηγήσασθαι τὸ σφέτερον νόημα, καὶ διὰ τοῦτο, οἶμαι, οἱ μὲν ἔμψυξιν, οἱ δὲ ῥίπισιν, οἱ δὲ (162) ῥῶσιν γράφουσι. [419] μάλιστα δὲ αὐτοὺς οἶμαι προτρέπειν τὰ περὶ τὰς φλόγας φαινόμενα. ταύτας γὰρ ἐναργῶς ὁρῶμεν οὕτως ταχέως ἀπολλυμένας, ὅταν ἀποστερηθῶσιν ἀέρος, ὥσπερ τὰ ζῶα, καθάπερ δηλοῦσιν αἱ τῶν ἰατρῶν σικύαι, καὶ πάνθ᾽ ὅσα στενὰ καὶ κοῖλα περιτιθέμενα, τῆς διαπνοῆς αὐτὰ εἴρξαντα, ῥᾳδίως κατασβεννύουσιν. ἂν τοίνυν εὑρεθῇ, τί ποτε φλόγες ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι πάσχουσαι σβέννυνται, τάχα ἂν εὑρεθείη,

alteri, ut ne uratur, quod ipfum fufcipit corpus, contingit, alterum, ne perfrigefcat idem, facit; nifi fane per accidens frigidum accendere dicant; ita vero non refpirationis utilitatem, fed efficientem caufam dicerent. Praeftat igitur ad id, quod commune habent hae fectae, transire, atque illud prius perfcrutari. Periculum enim eft omnes, quicunque de infito calore aliquid dixerunt, de ipfo confervando fomniare, non poffe autem exacte et articulate fententiam fuam exprimere; atque ob id, opinor, alii refrigerationem, alii ventilationem, alii corroborationem fcribunt. Maxime vero puto ipfos ad haec impelli per ea, quae circa flammas apparent; has enim manifefte videmus ita cito perire, quum aëre privatae fuerint, veluti animantia; quemadmodum indicant medicinales cucurbitae, et omnia, quae angufta et cava circumpofita ac perfpirationem prohibentia facile ipfas extinguunt. Si itaque repertum fit, quid tandem flammae in hujusmodi difpofitionibus patientes extinguantur, forte

τί ποτέ ἐστιν, ὃ παρὰ τῆς ἀναπνοῆς ἀπολαύει χρηστὸν ἡ ἐν τοῖς ζώοις θερμασία. πρὸς δὴ τὴν εὕρεσιν αὐτῶν πάντας ἐπέλθωμεν τοὺς τρόπους, καθ᾽ οὓς αἱ φλόγες ὁρῶνται σβεννύμεναί τε καὶ αὐξανόμεναι. οὐ γὰρ μόνον εἰ περιθείη τις τίτανον αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς βαλανείοις τε καὶ τοῖς ἡλίοις τοῖς διακαέσι, καὶ τοῖς ψύχεσι τοῖς ὑπερβάλλουσι, καὶ σφοδρῶς ῥιπιζόμεναι, καὶ πλήθεσιν ὕλης ἐπ᾽ αὐτῶν σωρευθείσης, καὶ τοὐναντίον ἐνδείᾳ τροφῆς ὁρῶνται σβεννύμεναι, ῥωννύμεναι δὲ καὶ αὐξανόμεναι πρός τε τοῦ μετρίου ψυχροῦ, κἂν εἰ μετρίως ῥιπίσῃς, καὶ τροφῆς εὐποροῦσαι συμμέτρου. ἐπὶ τοίνυν τούτοις ἔτι κἀκεῖνο προσκείσθω, τὸ φαίνεσθαι πάσας τὰς φλόγας διττὴν κίνησιν κινουμένας, ἑτέραν μὲν ἀπὸ τῆς ὕλης, ὅθεν ἐξάπτονται, μάλιστα μὲν ἄνω φερομένας ἤδη καὶ πάντῃ σκιδναμένας, ἑτέραν δὲ ἐναντίαν ταύτῃ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἑαυτῶν καὶ οἷον ῥίζας συστελλομένας τε καὶ συνιζούσας. καὶ γὰρ, εἰ λαμπάδος μεγίστης τὸ ἄνω πέρας ἐξάψαις, ἐπὶ τὸ κάτω ταχέως ἀφίξεται τὸ πῦρ· κἂν εἰ τὴν λυχνιαίαν φλόγα σβέσας τῷ πέρατι τῆς

etiam inveniri poſſit, quidnam ſit, quo ut utili a reſpiratione calor animantibus inſitus fruatur. Ad ipſius autem inventionem omnes modos percurremus, per quos flammae videntur extingui et augeri. Non ſolum enim ſi calcem quis ipſis circumponat, ſed et balneis, et ſolis ardoribus, et excellentibus frigoribus, et vehementer ventilatae, et multitudine materiae ſuper ipſas coacervatae, et contra inopia alimenti videntur extingui. Augentur autem ac roborantur e moderato frigore, et ſi moderate ventiles, et commoderato abundent alimento. Praeter haec vero etiam illud inſuper addatur, quod omnes flammae duplici motu moveri videntur, altero a materia, ex qua accenduntur, per quem maxime ſurſum feruntur, et undequaque diſperguntur, altero vero huic contrario ad ſui ipſarum principium ac velut radicem vergente, per quem conſidunt et contrahuntur. Etenim, ſi facis maximae ſupernam extremitatem accenderis, confeſtim ad infernam perveniet ignis; et ſi, poſtquam lucernae flammam ex-

ἄνω φερομένης αἰθαλώδους λιγνύος προσενέγκαις ἕτερον πῦρ, εἶτ᾽ αὖ καιομένην ὄψει τοῦ λύχνου τὴν θρυαλλίδα, οὐδενὸς τῶν τοιούτων γίγνεσθαι δυναμένου, εἰ μόνον τὸ πῦρ ἔσχε τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω κίνησιν. ἐπὶ δὴ τούτοις ἅπασι τοῖς φαινομένοις τῷ λόγῳ σκεψώμεθα πρῶτον μὲν τὸ πάντων ὕστατον ῥηθὲν, τὸ διττὸν τῆς κινήσεως, ὑπὸ τίνος ἀνάγκης γίνεται, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἐπεὶ τοίνυν ἅπασα φλὸξ ὠκυτάτην ἔχει τὴν διαφθορὰν, ἀεὶ γὰρ εἰς τὸ περιέχον σκίδναται, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον αὐτῇ καὶ τὴν γένεσιν ταχίστην ὑπάρχειν, ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἐλάχιστον διήρκεσεν. ἀλλ᾽ ἔστιν ἑκάστῃ φλογὶ γένεσις ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἐξάπτεσθαι. εἰκότως ἄρα κίνησιν οὐ τὴν ἔξω μόνον τῆς ἰδίας ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐναντίαν αὐτῇ τὴν εἴσω σύμφυτον ἔχει. καὶ τοίνυν καὶ φθείρεσθαι πᾶσαν φλόγα ἀναγκαῖόν ἐστι τῆς ὕλης στερηθεῖσαν, ἢ τῶν κινήσεων τῆς ἑτέρας. καθόλου γὰρ εἰπεῖν, ὡς πολλάκις ἐν ἑτέ-

tinxeris, ad extremum favillofae fuliginis furfum vergentis alium ignem admoveris, jam rurfus ardentem lucernae funiculum videbis, quum nihil tale fieri poffit, fi ignis motum furfum tantum haberet. Ultra haec vero omnia evidenter apparentia etiam ratione perfcrutabimur primum quidem, quod poftremum omnium relatum eft, a qua neceffitate duplex motus fiat, poftea vero alia fingula deinceps. Quandoquidem igitur omnis flamma velociffimam habet corruptionem, femper enim in ambientem difpergitur, ob id neceffarium eft etiam generationem eius volociffimam effe, alias enim neque minimo momento duraret: atqui generatio uniuscuiusque flammae eft, ex fubiecta materia accendi. Merito igitur non folum extra a proprio principio, fed et contrarium ipfi in proprium principium vergentem motum fibi a natura infitum habet. Itaque et corrumpi omnem flammam neceffarium eft, fi aut materia, aut altero motu fit privata. Ut enim in univerfum dicam (velut faepe etiam in aliis locis demon-

ροις δέδεικται, τῶν δεχομένων ἀλλήλας κινήσεων μὲν ἐναντίων, τὴν ἑτέραν χωρὶς τῆς ἑτέρας οὐ διασώζεσθαι. ταῦτ᾽ ἄρα συμμέτρως ψυχροῦ τοῦ περιέχοντος ἀέρος δεῖται πᾶσα φλόξ. ὁ μὲν γὰρ ὑπερβαλλόντως ἔκθερμος τὴν ἔξω κίνησιν αὐτῆς ἀμέτρως ἐργαζόμενος, ὁ δὲ ψυχρὸς τὴν ἔσωθεν σβέννυσιν. ἀμφότεροι τοίνυν ῥιπιζόμενοι ἀσυμμέτρως ἀναστέλλουσι τὴν φλόγα πρὸς τὴν ὕλην, ὥσπερ καὶ τὸ ψυχρόν· τὸ δὲ ὑπερβαλλόντως κινεῖσθαι σκεδάννυσιν, ὥσπερ καὶ τὸ θερμόν. τῶν δὲ τὴν ἔξω κίνησιν ἄμετρον ἐργαζομένων ἐστὶ καὶ σικύα καὶ πᾶν, ὅ τί περ ἂν τῶν ὑπὸ τῆς ἐντὸς φλογὸς ἀέρα διακεκαυμένων εἴρξηται πρὸς τὴν ἔξω τοῦ πυρὸς τῶν ψυχρῶν ὁμιλίαν ἰέναι. ἡ δὲ συμμετρία σωτηρία τῆς πάσης φλογός ἐστιν. οὕτως οὖν οὐκ ἀπεικὸς ἔχειν κἀπὶ τῆς ἐν τοῖς ζώοις θερμασίας. ὕλην μὲν, ὅθεν ἀνάπτεται, τὸ αἷμα, σύμφυτον δὲ ἔχουσα κινήσεως ἀρχὴν ἐφ᾽ ἑκάτερα, τῆς ἑτέρας στερηθεῖσα, καὶ τῆς λοιπῆς ἐξ ἀνάγκης στερίσκεται· [420] καὶ διὰ τοῦτ᾽ αὐτὸ, ἐάν τε ἀναπνοῆς

ſtratum eſt), ex motibus contrariis, quorum alter alterum mutuo excipit et conſequitur, alterum ſine altero conſervari impoſſibile eſt. Ob id igitur moderate frigido ambiente aëre omnis flamma opus habet; qui enim excellenter calidus eſt, motum alterum ipſius immodice extra extendendo, frigidus vero alterum immoderate intra protundendo extinguit uterque. Nam immodice ventilari flammam ad materiam reprimit, velut etiam frigidus ambiens facit; ſupra modum vero moveri flammam diſpergit, velut etiam calidus facit. Caeterum ex iis, quae motum immodice intra cohibent, eſt et cucurbita, et quicquid aërem eorum, quae ab interna flamma combuſta ſunt, prohibet ab externi frigoris contactu: at vero commoderatio omnium conſervatrix eſt flammarum. Eodem igitur modo non diſſimile eſt contingere et circa inſitum animantibus calorem, utpote qui materiam, unde accenditur, ſanguinem habet, a natura item inſitum principium motus in utramque partem, ita ut altero privatus etiam reliquo ex neceſſitate privetur: et ob id ipſum,

εἴρξης, ἐὰν δ' αἵματος, εὐθέως διαφθείρεται. καὶ γὰρ καὶ τὴν τοῦ λύχνου φλόγα ἅμα ἀφαιρήσεις καταπνίξας ἢ παντάπασιν ἐλαίου στερήσας. ἀνάλογον οὖν τίθεσο τῇ μὲν θρυαλλίδι τὴν καρδίαν, τῷ δὲ ἐλαίῳ τὸ αἱματῶδες, τῷ δὲ ὀργάνῳ τὸν πνεύμονα. περίκειται γάρ δή τοι ἔξωθεν τῇ καρδίᾳ δίκην σικύας. ἀλλὰ, παρ' ὃν μὲν ἀναπνεῖ τὸ ζῶον χρόνον, εἰκάσαις ἂν αὐτὸν, οἶμαι, τετρημένῃ σικύᾳ, κατὰ δὲ τὸν τῆς ἐπισχέσεως καιρὸν ἀτρήτῳ τε καὶ πανταχόθεν στεγούσῃ. ὡς οὖν ἡ μὲν τετρημένη σικύα σβεννύειν οὐ δύναται τὴν ἐντὸς φλόγα διὰ τοῦ τρήματος ἀναπνέουσαν, ἡ δὲ τοὐναντίον παραχρῆμα σβέννυσι καταπνίγουσα, τὸν αὐτὸν ὁ πνεύμων τρόπον ὁ μὲν στεγανὸς, οἷος ὁ κατὰ τὰς ἐπισχέσεις, σβέννυσι, ὁ τετρημένος δὲ, οἷος ὁ κατὰ τὰς ἀναπνοὰς, διασώζει τὴν ἔμφυτον θερμότητα. ἐγὼ δὲ καὶ κάμινον ἰδὼν σβεννυμένην ὑπὸ τοῦ μὴ διαπνεῖσθαι, κἄπειτα αὐτὴν παρανοιχθεῖσαν πολὺ μὲν αἰθαλῶδες ἐκπνεύσασαν, πολὺ δ' ἔξωθεν εἰσπνεύσασαν τὸν ἀέρα καθαρὸν, ἐπ' ἀμφοτέροις ἀναλάμψαι, οὐ μικρὰν τῆς ἐκπνοῆς

five a refpiratione prohibeas, five fanguine, ftatim corrumpitur, nam et lucernae flammam tolles fuffocando, aut omnino oleo privando. Simile itaque ponito cor funiculo, oleo fanguinem, organo pulmonem; circumfitus namque eft forinfecus cordi ad cucurbitae fimilitudinem. Verum, quo tempore refpirat animal, affimilaveris ipfum potius cucurbitae perforatae, ubi vero refpiratio cohibetur, imperforatae et undequaque conclufae. Quemadmodum itaque cucurbita perforata flammam inter fe extinguere non poteft per foramen refpirantem, quae vero contra conclufa eft, e veftigio fuffocando eam extinguit, ad eundem modum pulmo conftrictus, velut in refpiratione cohibita eft, extinguit, perforatus et rarus, qualis circa refpirationem eft, infitum calorem confervat. Ego vero etiam quum fornacem viderem ob id, quod refpirationem non haberet, extingui, et poftea ipfam aperiri, atque tum multam fuliginem expirare, tum multum purum aërem externum infpirare, atque utroque facto

Ed. Chart. V. [420.] Ed. Baf. III. (162.)

ἐλογισάμην εἶναι τὴν χρείαν εἰς τὸ κενοῦν τὴν οἷον λιγνὺν τοῦ αἵματος. αἴθαλος γὰρ καὶ καπνὸς καὶ λιγνὺς καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον περίττωμα τῆς καιομένης ὕλης οὐδὲν ἧττον ὕδατος ἀποσβέννυσθαι πέφυκε τὸ πῦρ. ἐξ ἁπάντων οὖν τούτων ἔστιν ἀποδέξασθαι τῶν λεγόντων, τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἕνεκεν ἀναπνεῖν τὰ ζῶα. καὶ γὰρ τὸ ῥιπίζεσθαι συμμέτρως χρήσιμον, καὶ τὸ μετρίως ψύχεσθαι. ἄμφω γὰρ ταῦτα φαίνεται ῥωννύντα τὴν εἴσω θερμασίαν, κίνησίν τε ἀναγκαῖον ἔχειν κάτω τὸ καπνῶδες, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκκενοῦν τῆς τοῦ αἵματος συγκαύσεως. ταῦτ᾽ ἐπιστημονικὴν μὲν οὐκ ἔχει τὴν πίστιν, οὐδ᾽ ἀναγκαίαν τὴν ἀπόδειξιν, οἵαν ἐν τοῖς ἄλλοις ἀεὶ μεταχειρίζεσθαι σπεύδομεν, οὐ μὴν ἐστέρηται τοῦ πιθανοῦ. τὸ γὰρ τάχος τῆς ἀπωλείας τοῦ ζώου τοιαύτην ἐπιζητεῖ τὴν αἰτίαν τῆς τροφῆς, ἣν οἱ θρέψεως ἕνεκα ψυχῆς ἀναπνεῖν ἡμᾶς λέγοντες αἰτιῶνται χρόνου μακροτέρου δεῖν, γενέσεως δὲ τῆς ψυχῆς Ἀσκληπιάδης φησὶν,

flammam fplendorem recipere, non parvam effe ratiocinatus fum expirationis utilitatem ad hoc, ut id, quod veluti fuligo fanguinis eft, evacuetur. Favilla enim et fumus et fuligo et omnis huiusmodi uftae materiae fuperfluitas nihilo minus, quam aqua, ignem extinguere confuevit. Quare ex omnibus potiffimum recipiendi funt, qui dicunt, infiti caloris gratia animalia refpirare. Nam et moderate ventilari utile eft, et mediocriter refrigerari. Ambo enim haec internam caliditatem videntur corroborare; neceffariumque eft motum habere ad fuliginofum, ut ita loquar, extra evacuandum, quod a fanguinis aduftione redundat. Haec quidem fcientificam perfuafionem non habent, neque neceffariam demonftrationem, qualem in aliis femper adducere in ufu haberemus; non tamen fide omnino carent; velocitas enim interitus animalis talem caufam defiderat; quum alimentum quidem, quod ii, qui nutritionis ipfius animae gratia refpirare nos dicunt, caufantur, longiore tempore opus habeat; generatio vero animae, quam Afclepiades caufam tradidit,

ὁμολογουμένης μὲν τῷ τάχει, μαχομένης δὲ ἄλλοις μυρίοις, καὶ τοῖς κατ' ἀρχὰς εἰρημένοις ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, κοινῇ πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις, ὅσαι δι' ἔνδειαν ἀέρος ἀπόλλυσθαι τὰ ζῶα νομίζουσι στερηθέντα τῆς ἀναπνοῆς. εἰ τοίνυν τὸ τάχος τῆς ἀπωλείας τοῦ ζώου διὰ μὲν ἀτροφίαν τῆς ψυχῆς οὐσίας οὐκ ἐγχωρεῖ γίγνεσθαι, διὰ δὲ τὴν γένεσιν ἐγχωρεῖ μὲν, ἀλλ' ἐπὶ ψευδέσι ταῖς ὑποσχέσεσιν, ἡ δὲ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀπώλεια μηδὲν ἔχει τῶν φαινομένων ἐναντιούμενον, εὐλογώτερον ἐκείνου προέσθαι.

Κεφ. δ'. Πᾶσαν τοίνυν αὐτὴν ἀναλαβόντες βασανίσωμεν, ἐπεὶ τῶν ἄλλων ἀληθεστέρα φαίνεται. οὐκοῦν ἔκ τε τοῦ ῥιπίζεσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, κᾀκ τοῦ συμμέτρως ἐμψύχεσθαι, κᾀκ τοῦ τὸ οἷον καπνῶδες αὐτῆς ἅπαν ἀποῤῥεῖν, ἓν ἀθροίζεται κεφάλαιον, ἡ σωτηρία τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας. εἰς ταύτας οὖν τὰς ἀρχὰς ἴδωμεν εἰ δυνατὸν ἀναγαγεῖν τὰ κατὰ μέρος ἅπαντα. καὶ πρότερον προχειρισθήτω τὸ κατὰ τὰ

conſentiat quidem velocitati, pugnet vero cum aliis infinitis, et cum iis, quae in principio dicta ſunt huius tractationis, et generatim cum omnibus ſectis, quae ob inopiam aëris perire animalia putant reſpiratione privata. Si igitur velocitas interitus animalis propter alimenti ſubſtantiae ipſius animae defectum fieri non poteſt, propter generationem autem ipſius fieri poſſibile eſt, ſed per falſas hypotheſes, innati vero caloris perditio nihil habeat, quod ei opponere ſe videatur, rationi utique magis conſentaneum eſt, ut aliis dimiſſis hanc recipiamus.

Cap. IV. Rurſus igitur eam repetentes omnem explorabimus, quandoquidem aliis verior apparet. Itaque ex ventilatione principii ipſius inſiti caloris, et ex moderata refrigeratione, et ex ejus, quod in ipſo velut fumoſum eſt, in totum defluxione, ſumma colligitur una, conſervatio videlicet caloris naturalis. In haec igitur principia videamus an poſſibile ſit omnia reducere particularia; ac primum in manus ſumamus id, quod circa bal-

Ed. Chart. V. [420. 421.] Ed. Bas. III. (162. 163.)

βαλανεῖα συμβαῖνον, ἐν οἷς ἐπὶ πλέον διατρίψαντες ἐκλυόμεθα, τελευτῶντες δὲ καὶ ἀποθνήσκομεν. [421] εἰ γὰρ, διότι θερμὸν ἀναπνέομεν, ἐχρῆν, φασὶ, καὶ τοὺς ὑπὲρ λέβητος ὕδατος θερμοῦ στάντας, εἶτα ἀναπνέοντας τὸν ἀναφερόμενον ἀτμὸν, ὁμοίως ἀδικεῖσθαι· οὐ μὴν φαίνεσθαι ἀδικουμένους· ᾧ δῆλον, ὅτι μὴ διὰ τὴν ἀναπνεομένην θερμασίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος κένωσιν τοῦ πνεύματος ἐν τοῖς βαλανείοις ἐκλυόμεθα. πῶς οὖν καὶ ταύτην τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύσομεν; ἢν τὸ μὲν συνημμένον ἀληθὲς εἶναι φήσωμεν, ὅτι δεῖ πνίγεσθαι τοὺς τὸν ἐκ λέβητος ἀτμὸν εἰσπνέοντας, εἴπερ ὅλως ἐμψύξεως ἕνεκεν ἀναπνεύ(163)σαιεν, οὐ μὴν τήν γε πρόσληψιν αὐτῶν. ἀλλὰ μὴν οὐ πνίγονται· πνίγονται γὰρ οὐδὲν ἧττον τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις οἱ τὸν ἐκ λεβήτων ἀτμὸν ἀναπνέοντες. εἰ δὲ καὶ μὴ πνιγόμεθα, θαυμαστὸν οὐδὲν ἂν ἦν ἴσως· ἡ γὰρ καθ᾿ ὅλον τὸ σῶμα διαπνοὴ κατὰ τὰ βαλανεῖα τῇ διὰ τοῦ στόματος ὁμοίως βέβλαπται. οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν τὸ

nea contingere videmus, in quibus diutius versantes exolvimur, ac tandem etiam morimur. Si enim propterea, quod calidum respirando attrahimus, id contingit, oportebat, inquiunt, etiam eos, qui super lebetem aquae calidae consistunt, deinde progredientem inde vaporem respirando hauriunt, eandem iniuriam perpeti; et tamen hi minime videntur laedi. Ex quo conspicuum est, quod non propter caliditatem respirando attractam, sed propter spiritus ex toto corpore evacuationem in balneis exolvamur. Quomodo igitur et hanc ambiguitatem dissolvemus? Si utique hoc coniunctum verum esse dicemus, quod suffocari eos, qui ex lebete vaporem inspirant, oporteat, siquidem omnino refrigerationis gratia respirarint; non tamen hoc eorum assumptum concedamus scilicet. Atqui non suffocantur; suffocantur enim non minus, qui ex lebete vaporem respirando hauriunt, quam qui in balneis. Si vero etiam non suffocarentur, nihil fortassis miri esset; perspiratio namque per universum corpus similiter, ut ea, quae per os fit, in balneis offenditur. Non sunt autem eadem

κατὰ τὸ στόμα μόνον ἀναπνεῖν τινα κακῶς τῷ κατὰ τοῦτο καὶ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα. μεγίστη δ᾽ ἀπόδειξις ἐπὶ πολλῶν ἀῤῥώστων γίγνεται, δι᾽ ὅλης μὲν ἡμέρας ἱδρούντων κρισίμως, πολλῷ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς βαλανείοις, οὐ μὴν ἐκλυομένων ὁμοίως ἐκείνοις, οὐδὲ πνιγομένων ὅλως, ἔστ᾽ ἂν ἀναπνέωσι τὸν ἔξωθεν ἀέρα τὸν ψυχρόν. εἰ δὲ καὶ συνείρξας αὐτοὺς ἱματίοις τι θερμὸν ἀναπνεῖν ἀναγκάσαις, ἀποπνίξαις αὐτίκα. τοὺς μέντοι κατεψυγμένους καὶ ῥιγοῦντας οὕτως συνείρξας οὐχ ὅπως οὐκ ἀποπνίξῃ, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀδικήσεις οὐδὲν, ἄχρις ἂν ἐκθερμανθέντες τύχωσι· τηνικαῦτα δ᾽ οὐκέθ᾽ ὑπομένουσιν, ὡς μὴ σύνηθες. ἐξ ὧν ἁπάντων δῆλον, ὡς οὐ διὰ τὸ κενούμενον ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἐν τοῖς βαλανείοις πνεῦμα καταλυόμεθά τε καὶ τελευτῶμεν τὸν βίον, ἀλλὰ διὰ τὴν θερμασίαν. θαυμάσαι δὲ ἔστιν οὐ τῶν ἄλλων τοσοῦτον Ἐρασίστρατον, τῶν τοιούτων φαινομένων καταтолμῶντα καταψεύσασθαι, ὃν οὐκ εἰκὸς ἄπειρον εἶναι τῆς διὰ τοῦ πίθου πυρίας τῶν ὑδερικῶν, εὐδοκιμησάσης οὐχ ἥκιστα τῶν ἄλλων παλαιῶν παρὰ Χρυσίππῳ τῷ Κνιδίῳ.

per os tantum male refpirare et tum per os tum per totum corpus idem facere. Eius rei potiffima demonftratio in multis aegris contingit, qui per totum diem iudicatorie exudant, atque id multo magis, quam qui in balneis, non tamen exolvuntur fimiliter, ut illi, neque omnino fuffocantur, quousque externum frigidum aërem fpirando attraxerint. Quod fi ipfos palliis contectos calidum aliquid refpirando haurire coëgeris, confeftim fuffocaris; atqui, fi perfrigeratos et rigentes ita contegas, non folum non fuffoces, fed neque omnino laedas, donec fuerint excalfacti, nam tunc non amplius fuftinent, veluti non confuetum. Ex quibus omnibus confpicuum eft, quod non ob evacuatum ex toto corpore in balneis fpiritum exolvamur ac vitam finiamus, fed propter caliditatem. Admirari porro fubit non tam alios, quam Erafiftratum, qui tam evidenter apparentia vanitatis coarguere audet, quem non verifimile eft inexpertum effe doliaris vaporarii hydropicorum, quod non minus ab aliis veteribus quam a Chryfippo

dum eique vicinas partes fertur, ad latera vero usque ad cornua divertere id non poteſt. Et hunc igitur non parvum uſum generando foetui exhibet muliebre ſemen, quin et velut proprium ac familiare alimentum maſculo ſemini exiſtit, nempe humidius et frigidius exiſtens, quum illud craſſius ſit et calidius. Ne igitur impoſſibile eſſe dicamus, foeminam utraque excrementa coacervare. Apparet enim, quod ipſa coacervet, et recte utique ut poſſibile aſſeritur, quod manifeſte exiſtere videtur: non enim impoſſibile eſt hoc, quod manifeſte exiſtit: verum ratio, quae ipſum calumniatur, minime probabilis eſt, utpote contraria his, quae evidenter apparent. Ne igitur fruſtra generatum eſſe ſemen muliebre dicamus: melius enim erat ipſos modice caſtigato ſermone dicere, impoſſibile eſſe foeminam et ſanguineum habere excrementum, et ſemen foecundum, ipſis enim ob temperamenti frigiditatem ſanguis ſupervacaneus coacervatur, forti autem calore opus eſt ad generationem ſeminis exacte eleborati et percocti, et

ματος. ὑγρότερον μὲν οὖν τὸ θῆλυ καὶ ψυχρότερον; θερμότερον δὲ καὶ ξηρότερον τὸ ἄῤῥεν. εὐλόγως ἄρα τὸ μὲν ἐνδεῖ τι πρὸς τὴν τοῦ σπέρματος ἀκριβῆ κατεργασίαν, τὸ δ᾽ οὐκ ἐγχωρεῖ περίττωμα σχεῖν αἱματικὸν ὑπὸ θερμότητός τε καὶ ξηρότητος ἅπαν ἐξικμαζούσης. διὰ τοῦτο καὶ ὅσα ἐστὶ τῶν ζώων ξηρότερα ταῖς κράσεσιν, ὥσπερ ὄρνιθές τε πολλαὶ καὶ τῶν ἰχθύων οὐκ ὀλίγοι, τὰ ᾠὰ πέφυκε γεννᾷν ἄνευ τῆς πρὸς τὸ ἄῤῥεν ὁμιλίας. ἐνδεῖ γοῦν ὅμως καὶ τούτοις τι πρὸς τὸ τέλειον, εἰ μὴ μεταλάβοι τῆς ἐξ ἐκείνου θερμότητος. οὐ μὴν ἀδύνατόν γε ἐπινοῆ(243)σαι τοιαύτην κρᾶσιν ζώου σώματος, ὡς γεννῆσαι ἀτέλεον ζῶον ἄνευ τῆς πρὸς ἕτερον ὁμιλίας· ζῶον μέντοι γε τέλεον ἐν αὑτῷ κυῆσαι χαλεπὸν ὄντως ἐστὶ καὶ ἴσως ἀδύνατον. ἐν πολλῷ γὰρ χρόνῳ δεῖ τρέφεσθαι τὸ τοιοῦτο κύημα· τοῦτο δ᾽ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι χωρὶς τοῦ περιττωματικὸν εἶναι τὸ θῆλυ. περιττωματικὸν δ᾽ οὐκ ἂν εἴη χωρὶς τοῦ ψυχρότερόν τε καὶ ὑγρότερον ἱκανῶς ὑπάρχειν τῇ κράσει. [221] τοιοῦτο δ᾽ ὂν, οὔτ᾽ ἀξιόλογον τῷ πλήθει τὸ σπέρμα γεννᾷν, οὔτε

humidior quidem est foemina ac frigidior, calidior autem et siccior masculus. Merito igitur alteri quidem deest quid ad exactam seminis percoctionem, alteri vero impossibile est sanguineum excrementum habere prae calore et siccitate id ipsum totum resiccante. Ob id igitur et animalia, quae ficciore temperamento praedita sunt, velut plurimae gallinae et ex piscibus non pauci, ova generare solent citra masculi conversationem: deest tamen etiam his quippiam ad perfectionem, si non assumant ex illo calorem. Non tamen impossibile est animo concipere tale temperamentum animalis corporis, ut imperfectum animal generet absque alterius commixtione; animal tamen perfectum in seipso concipere vere difficile est et fortassis impossibile. Per multum enim tempus ejusmodi conceptum foetum nutriri oportet, hoc vero fieri non potest citra hoc, ut foemina excrementis redundet. Excrementis autem redundare non poterit citra hoc, ut temperamento multum frigidior et humidior existat. Sed si talis fuerit, neque memorabilem seminis copiam, neque

γλίσχρον, οὔτε θερμὸν, οὔτε παχὺ δυνατόν ἐστιν, ὥστ᾽ οὐδὲ γόνιμον. ἔδειξε γὰρ ὁ πρόσθεν λόγος, ὡς τοιοῦτο εἶναι χρὴ τὸ γόνιμον, ὡς εὐθὺς ἅμα τῷ καταβληθῆναι τὸ μὲν ὑμενοῦσθαι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ δὲ εἰς ἀγγεῖον ἀποτείνεσθαι, τὸ δὲ πλάττειν προσήκει. δέδεικται τοίνυν ἀναγκαία τοῦ θήλεος ἡ ὑγρότης τε καὶ ἡ ψυχρότης, ἐν οἷς ζώοις ἡ φύσις ὅμοιον τῷ κυοῦντι τὸ κατὰ τὰς μήτρας διαπλάττει ζῶον. ὅπερ γὰρ τοῖς φυτοῖς γῆ, τοῦτο τοιούτοις ἡ μήτηρ ἐστὶ, τροφὴν ἐπαρδεύουσα, μέχρι περ ἂν ὅλον ἐπεργασθῇ τέλεον τὸ ζῶον. αἰτία δὲ τούτων ἡ τῆς τροφῆς ἐστι διαφορά. τοῖς μὲν γὰρ φυτοῖς ὁ ἐκ τῆς γῆς χυμὸς ἡ τροφὴ, τοῖς ζώοις δὲ καρποὶ, πόαι, καὶ γάλα, καὶ ζώων ἑτέρων σάρκες, ὥσπερ καὶ τῷ σπέρματι τῷ μὲν τῶν φυτῶν ὁ ἐκ τῆς γῆς χυμὸς αὐτάρκης, τῷ δὲ τῶν ζώων, ἐπειδὴ μήτε ἐσθίειν ἤδη, μήτε πίνειν ἐστὶ τὸ κύημα δυνατὸν, ἡ τῆς μητρὸς ἐν ταῖς φλεψὶν ὕλη τροφὴ σύμφυτος. ἐχρῆν οὖν αὐτὸ συναφθῆναι τῇ μητρὶ, καθάπερ τὸ τοῦ φυτοῦ σπέρμα τῇ γῇ.

femen ipfum vifcofum, neque calidum, neque craffum generare poteft, quare neque foecundum. Demonftratum eft enim in fuperiore fermone, quod tale effe oporteat foecundum femen, ut ftatim, fimul ut effufum eft, fubftantia ipfius partim in membranam abeat, partim in vas diftendatur, partim vero formet. Ob hanc rem igitur neceffaria oftenfa eft foeminae humiditas et frigiditas in his animalibus, in quibus natura fimile animal ei, quod in utero geftat, effingit. Quod enim in plantis eft terra, hoc talibus eft ipfa mater alimentum irrigans, usque quo totum animal perfecte fuerit abfolutum. Caufa vero horum eft alimenti differentia: plantis enim humor ex terra alimentum eft, animalibus vero fructus, herbae, lac, et aliorum animalium carnes, quemadmodum etiam femini plantarum humor ex terra fufficiens eft, femini vero animalium, quando neque comedere adhuc, neque bibere conceptus foetus poteft, materia in venis matris infitum alimentum exiftit. Oportebat igitur ipfum matri copulari ac coalefcere, quemadmodum plantae femen ipfi terrae.

Κεφ. ε'. Ἀπορία δ' οὐ μικρὰ διαδέχεται αὐτὸν τὸν λόγον ὑπὲρ τῆς κατὰ τὰ μόρια τῶν ἐκγόνων πρὸς τοὺς γεννήσαντας ὁμοιότητος. εἰ γὰρ δὴ κατὰ τὸ κρατοῦν σπέρμα συμβαίνει γίνεσθαι τὴν ὁμοιότητα, πάντα ὅμοια τὰ μόρια γενήσεται θατέρῳ τῶν γονέων, οὗπερ ἂν ἐπικρατήσῃ τὸ σπέρμα. οὐ μὴν φαίνεταί γε συμβαῖνον οὕτω. καὶ μὴν εἴπερ ἐγχωρεῖ τινα μὲν τῶν μορίων ὑπὸ τῆς τοῦ ἄῤῥενος ἐπικρατηθῆναι κινήσεως, ἔνια δ' ὑπὸ τῆς τοῦ θήλεος, οὐκέτι ὁμοιομερὲς εἶναι δόξει τὸ σπέρμα, καίτοι γε δοκεῖ παντὸς μᾶλλον εἶναι τοιοῦτο. καὶ ἦν ἡμῖν ὁμολόγημα κοινὸν τοῦτο πρὸς Ἀριστοτέλη καὶ Ἀθήναιον, ἐκ τῆς τοῦ αἵματος πέψεως τὴν γένεσιν αὐτῷ τιθεμένους, οὐκ ἐκ τῆς ἁπάντων τῶν τοῦ ζώου μορίων ἀποτήξεως, εἰ μή τι, κἂν ὁμοιομερὲς ὑπάρχῃ καὶ μιγνύηται κατὰ τὴν γαστέρα τὸ θῆλυ σπέρμα τῷ ἄῤῥενι, δυνατόν ἐστι κατὰ τὰς τῶν ἐμβρύων διαπλάσεις ἐπικρατεῖν ἀλλήλων αὐτὰ κατὰ διαφέροντα μόρια, ὅπου γε καὶ τῶν ὑμένων τῶν περὶ τὸ ἔμβρυον ὁ πρόσθεν λόγος ἐδείκνυεν

Cap. V. Caeterum non parva dubitatio excipit hunc fermonem de fimilitudine partium natorum ad parentes. Si enim feminis dominatu fimilitudinem fieri contingit, omnes partes alteri parentum fimiles generabuntur, cujuscunque tandem femen praedominabitur. Id tamen fieri non apparet. Equidem, fi poffibile eft aliquas partes a feminis mafculi motu vim obtinere, aliquas vero a muliebris, non amplius fimilarium partium effe videbitur femen, attamen videtur magis omni alio tale effe. Atque hoc erat, quod nos in communi confitebamur cum Ariftotele et Athenaeo, qui ex fanguinis coctione ipfius generationem conftituunt, non ex omnium animalis partium eliquatione. Si tamen etiam fimilarium partium exiftat et mifceatur in utero muliebre femen virili, poffibile eft ipfa circa foetus effingendos invicem praedominari juxta diverfas partes, quando fane et ex membranis circa foetum allantoidem tunicam appellatam ex folo muliebri femine ge-

Ed. Chart. III. [221.] Ed. Baſ. I. (243.)

ἐκ τοῦ τῆς θηλείας μόνης σπέρματος γίνεσθαι τὸν ἀλλαντοειδῆ χιτῶνα. ἐγχωρεῖ δὲ, κἂν ὁμοιομερὲς ᾖ τὸ σπέρμα τοιοῦτο, οἷον ἐξ ἅπαντος ἑαυτοῦ μορίου δημιουργεῖν ἅπαντα τοῦ ζώου μέρη. ταύτῃ γοῦν οὕτω διαφέρει· τὸ μὲν πρῶτον ἐκπεσὸν, ἤτοι παχύτερόν ἐστι, τὸ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ κατὰ τὸν δεύτερον ἢ τρίτον ἐξακοντισμὸν, ἤτοι λεπτότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ἀσθενέστερον, ἢ τῆς τοῦ συμφύτου πνεύματος οὐσίας ἐλάττονος μετέχον, ὥσπερ γε τὰ ἐναντία τὸ μὲν πρῶτον ἀτονώτερον, ἢ ψυχρὸν, ἢ πνευματῶδες ὑπάρχειν, ἐναντίον δ᾽ αὐτῷ τὸ κατὰ τὴν δευτέραν, ἢ τρίτην, ἢ τετάρτην ἔκπτωσιν, εἶθ᾽ οὕτως ἐν τῇ μίξει κρατεῖ, ἐν ἄλλοις μέν τισι μορίοις τὸ τοῦ ἄῤῥενος, ἐν ἄλλοις δὲ τὸ τῆς θηλείας. ὅπου δ᾽ ἂν κρατήσῃ, τὸ μέρος ἐκεῖνο συνεξομοιοῦται τῷ κρατοῦντι. συνυπάρχει γὰρ ἐν ἅπαντι μορίῳ τῆς ὕλης ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀποκέκριται δὲ χωρὶς ἰδίᾳ μὲν τὸ κινοῦν, ἰδίᾳ δὲ τὸ κινούμενον, ἀλλ᾽ ἑαυτὸ κινεῖ καὶ ῥυθμίζει τὸ σπέρμα, καὶ δὴ καὶ αὐξάνει, καθάπερ ἔμπροσθεν

nerari ſuperiori ſermone eſt demonſtratum. Fieri autem poteſt, etiamſi ſimilarium partium ſit tale ſemen, id poſſe ex omni ſui ipſius parte omnes animalis partes efficere. Hac namque ratione ſemina ipſa differunt, quod id, quod primum elapſum eſt, aut craſſius eſt, quod vero poſtea ſequitur circa ſecundam aut tertiam ejaculationem, aut tenuius, aut frigidius, aut imbecillius, aut ſubſtantiae inſiti ſpiritus minus particeps. Quemadmodum etiam vice verſa quod primum imbecillius, aut frigidum, aut ſpirituoſum exiſtit. Contrarium vero ipſi id, quod prodiit circa ſecundam, aut tertiam, aut quartam ejectionem. Deinde ſic in permixtione praedominatur in aliquibus quidem aliis partibus ſemen maſculum, in aliquibus vero foemineum. Ubicunque vero dominetur, ea pars dominanti aſſimilatur, etenim in omni parte materiae opifex ſimul adeſt. Neque ſeparatum eſt ſeorſim quidem mouens, et ſeorſim quod movetur: ſed ſeipſum movet et concinnat ſemen, et ſane etiam augeſcit,

ἐλέγετο, τὴν τροφὴν ἕλκον ἐκ τῆς κυούσης. [222] οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑκατέρων τῶν γονέων ὁμοιοῦσθαι τὰ ἔγγονα κατὰ διαφέροντα μέρη. ἆρ᾽ οὖν οὕτω καὶ περὶ τῶν γεννητικῶν μορίων καὶ ταύτην τις αἰτίαν θήσεται τοῦ τὸ μὲν ἄῤῥεν αὐτῶν γίνεσθαι, τὸ δὲ θῆλυ, καὶ τοῦ τῷ παντὶ σώματι διαφέρειν τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος, οὐκ ἐν ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύμπαντα τῶν ζώων γένη; καί τις ἐξ ἀπόπτου θεασάμενος ταῦρον εὐθὺς γνωρίζει τὸ ἄῤῥεν ἄνευ τοῦ κατασκέψασθαι τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ λέοντά γε ὁμοίως ἐστὶ γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν λεαίνης, ἀλεκτρυόνα τῆς ἀλεκτορίδος, αἰγός τε θηλείας τράγον, καὶ προβάτου κριόν. οὕτω δὲ καὶ ἄνδρα διακρίνομεν γυναικὸς οὐκ ἀποδύσαντες πρότερον, ἵν᾽ ἐπισκεψώμεθα τὴν διαφορὰν τῶν μορίων, ἀλλ᾽ ἠμφιεσμένους θεασάμενοι. τό τε γὰρ ὅλον σῶμα διαλλάττουσι, καὶ τῶν ὑστέρων ὀνομαζομένων μορίων τὰ μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἐστὶ τοῖς θήλεσι, τὰ δὲ οὐ τοιαῦτα. γένεια γοῦν καὶ λόφοι, καὶ πλῆκτρα, καὶ χαυλιόδοντες ἀῤῥένων

ut antea dicebatur, alimentum ex uterum geftante trahens. Nihil igitur mirum eft utrique parenti natos affimilari circa diverfas partes. Num igitur etiam fic de genitalibus partibus eandem caufam ponemus, quod partim mafculae fiunt, partim muliebres, et quod mafculus toto corpore a foemina differt non folum inter homines, fed etiam univerfa animalium genera? Etenim fi quis e longinquo confpiciat taurum, ftatim cognofcit mafculum citra contuitum partium genitalium, et leonem fimiliter cognofcere licet ac difcernere a leaena, gallum a gallina, hircum a capra, et ab ovicula arietem. Sic vero etiam virum difcernimus a foemina, non exutis veftibus antea, quo partium differentiam infpiciamus, fed indutos ac contectos a nobis vifos. Nam et toto corpore inter fe differunt, et ex partibus, quae pofterae appellantur, quaedam prorfus quidem foeminis non funt, quaedam vero non ejusmodi: barbae namque et criftae, et calcaria, ac dentes exerti mafculorum animalium partes funt. Cervis

ζώων μόρια. τοῖς δὲ ἐλάφοις καὶ τὰ κέρατα πολλὰ, καὶ κατὰ ταῦτα τῶν ἀῤῥένων τὰ θήλεα ἀπολείπεται. διαλλάττει δὲ καὶ τῷ τὰ μὲν εἶναι ψιλότερα, τὰ δὲ λασιώτερα, καὶ τὰ μὲν μαλακότριχα καὶ πλατυΐσχια, τὰ δὲ εὐρύστερνα, καὶ ἄλλαις πολλαῖς διαφοραῖς, ὥστ᾽ οὐκ ἂν ἄπο τρόπου δόξειεν ὁ φυσικὸς Στρατόνικος ὑπειληφέναι, τὸ μὲν ἄῤῥεν γίνεσθαι ζῶον ἐπικρατείᾳ γονῆς ἄῤῥενος, τὸ δὲ θῆλυ θηλείας. οὕτω μέν γε καὶ φλεψὶ καὶ ἀρτηρίαις οἴεται διαφέρειν αὐτὰ, καθάπερ γε τοῖς γεννητικοῖς μορίοις, ἀπείρως ἔχων ἀνατομῆς ἀκριβοῦς· οὐ γὰρ ὁ ἀριθμὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ διάπλασις ἡ αὐτὴ καὶ ἡ θέσις ἁπάσαις ταῖς ἀρτηρίαις ἐστὶ καὶ ταῖς φλεψὶ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα τῶν ἀῤῥένων τε καὶ θηλέων ζώων. ἀλλὰ ταύτῃ μὲν ἥμαρτε πάμπολυ· τὸ δ᾽ οἰηθῆναι, τὸ μὲν ἄῤῥεν ζῶον, ὅταν ἐπικρατήσῃ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα, τὸ δὲ θῆλυ κατὰ τὴν τῆς θηλείας ἐπικράτησιν γίνεσθαι, πιθανὸν ἱκανῶς ἐστι. μάχεται δὲ αὐτῷ τὸ καὶ τὰ θήλεα πολλάκις ὁμοιότατα γίνεσθαι τῷ πατρὶ καὶ τῶν ἀῤῥένων

vero etiam cornua multa, et juxta has partes foeminae maribus inferiores funt. Differunt etiam amplius in hoc, quod alia funt pilis magis denudata, alia hirfutiora, alia molli pilo veftita, et latis coxendicibus praedita, alia amplo pectore, et multis aliis differentiis, ut non abfurde opinatus effe videri poffit Stratonicus phyficus, mafculum animal ex mafculae geniturae dominio generari, muliebre ex muliebris. Sic tamen et venis et arteriis ipfa differre putat, quemadmodum genitalibus partibus, expers nimirum exactae difciplinae corporum diffectionis. Non enim numerus folum, fed et conformatio ac pofitura eadem eft omnibus arteriis ac venis per totum tum mafculorum tum muliebrium animalium corpus. Verum hac parte plurimum aberravit. Caeterum opinari, mafculum animal, ubi mafculum femen praevaluerit, et muliebre juxta muliebris feminis dominium generari, fatis probabile eft; pugnat tamen contra hoc, quod foeminae faepenumero patri fimillimae gignantur, et ex mafculis non pauci ma-

Ed. Chart. III. [222.] Ed. Baſ. I. (243.)

οὐκ ὀλίγα τῇ μητρί. βέλτιον οὖν ἴσως ἐστὶν οὐχ ἁπλῶς ἐπικρατείᾳ τῶν σπερμάτων γίνεσθαι φάναι τὸ θῆλυ καὶ ἄῤῥεν, ἀλλὰ κατὰ τὰ διαφέροντα μόρια. μάχεται δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ τοῦτο, τὸ μὴ μόνον τὰ γεννητικὰ μόρια διαλλάττειν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα. δεήσει γὰρ, οἶμαι, ζητῆσαι τὴν αἰτίαν, ἥτις ποτ᾽ ἐστὶ, δι᾽ ἣν ἄῤῥεν μὲν ἐνίοτε τὸ παιδίον γίνεται, ὁμοιότατον δὲ τῇ μητρί. κατὰ μὲν οὖν τὸν ἔμπροσθεν λόγον ὁμοιότητες φαίνονται διτταὶ τοῖς ἐγγόνοις πρὸς τὰ γειναμενα. πρώτη μὲν ἡ κατὰ τὸ τῆς ὅλης οὐσίας εἶδος, ὅταν ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου καὶ ἵππος ἐξ ἵππου γένηται, καὶ ταύτης τὸ πλέον ἡ μήτηρ φαίνεται παρέχειν. ἑτέρα δ᾽ ἡ κατὰ ταῦτα τοῖς εἴδεσι διαφορὰ, ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον, καὶ ἵππου πρὸς ἵππον, ἐν αἷς τὸ ἐπικρατῆσαν τῶν σπερμάτων ἐδείκνυτο πλέον. ἄλλη δ᾽ εὕρηται νῦν ὁμοιότης τρίτη παρὰ τὰς πρόσθεν, ἣ ὡς ἄῤῥενος πρὸς ἄῤῥεν, ἢ θήλεος πρὸς θῆλυ, περὶ ἧς πρόκειται σκοπεῖν, ὅπως γίνεται. οὔτε γὰρ, ὅταν ἐν τοῖς

tri. Praeſtat igitur fortaſſis non ſimpliciter dicere, ob ſeminum dominium totum tum marem, tum foeminam generari, ſed circa diverſas partes. Pugnat autem, ut dictum eſt, adverſus hoc, quod non ſolum genitales partes ipſis diverſae ſint, ſed etiam totum corpus. Oportebat igitur (opinor) inquirere, quaenam cauſa ſit, ob quam puer aliquando quidem maſculus gignitur, verum matri ſimillimus. Iuxta ſuperius igitur habitum ſermonem duplices apparent eſſe ſimilitudines natorum ad parentes. Prima quidem ſecundum ſpeciem totius ſubſtantiae, quum homo ex homine, et equus ex equo gignitur, et hanc ſane mater magis exhibere apparet. Altera vero juxta differentiam eorum, quae eadem ſpecie exiſtunt, hominis videlicet ad hominem, et equi ad equum, in quibus praedominans ſemen plus poſſe demonſtratum eſt. Inventa eſt autem nunc tertia ſimilitudo praeter priores, quae eſt ut maſculi ad maſculum, aut foeminae ad foeminam, de qua nunc videre propoſitum eſt, quomodo fiat. Neque

γεννητικοῖς μορίοις ἐπικράτησις γίνηται, διὰ τὸ καὶ παντὶ τῷ σώματι διαφέρειν ἄῤῥεν θήλεος, οὔτ᾽ ὅταν πάντη κρατήσῃ τὸ ἕτερον σπέρμα, πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἀῤῥένων ὁμοιοῦται τῇ μητρὶ, καὶ τῶν θηλειῶν τῷ πατρί. τίς οὖν ἄλλη παρὰ ταύτας ἐστίν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μία μόνη λείπεσθαι τῇ κράσει τῶν δραστικῶν ποιοτήτων ἑπομένη, καλεῖν δ᾽ οὕτως εἴωθα θερμότητα καὶ ψυχρότητα. σκεπτέον οὖν, εἰ κατὰ τὴν τούτων ὑπάλλαξιν ἄῤῥεν καὶ θῆλυ γίγνεσθαι δύναται. φαίνεται δὲ καὶ αὐτῶν τῶν κυουμένων ἔτι (244) τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος οὐ μόνον θερμότερον, ἀλλὰ [223] καὶ ξηρότερον εὐθέως ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον. οἷον αὐτίκα τὸ μὲν ἄῤῥεν ἅπαντες, οἷς τούτων ἐμέλησεν, οὐχ Ἱπποκράτης μόνον, ἐλάττονι χρόνῳ διαπλάττεσθαι καὶ μορφοῦσθαί φασι, τὸ δὲ θῆλυ πλέονι. φαίνεται γὰρ οὕτως ἔν τε ταῖς ἐκτρώσεσι καὶ ταῖς τῶν κυούντων ζώων ἀνατομαῖς. πότερον οὖν αὐτῶν ἡγητέον ὑγρότερόν τε εἶναι καὶ ψυχρότερον; ἆρά γε τὸ ταχέως μὲν ἑκάστου τῶν μορίων ἐμφαῖνον τὴν ἰδέαν,

enim, quum in genitalibus partibus dominium contingit, ob id etiam toto corpore masculus a foemina differt, neque quum penitus vicerit alterum semen, multi enim masculi matri similes fiunt, et foeminae patri. Quae est igitur alia praeter has causa? Mihi quidem una sola reliqua esse videtur consequens ad temperamentum qualitatum activarum, sic vero calorem et frigus appellare solemus. Considerandum igitur, an juxta harum permutationem masculus et foemina generari possit. Apparet autem et inter ipsos foetus adhuc masculus foemina non solum calidior, sed et siccior statim à principio esse: cujus rei gratia etiam masculum omnes, quibus hae res curae fuerunt, non solum Hippocrates, breviori tempore effingi ac formari dicunt, foeminam vero longiori, atque hoc sic habere tum in abortibus, tum in praegnantium animalium dissectionibus apparet. Utrum igitur ipsorum humidius et frigidius esse putandum est? num quod statim singularum partium speciem profert et ostendit, seorsum quidem ossis, seorsum

ἰδίᾳ μὲν ὀστοῦ, ἰδίᾳ δὲ νεύρου, ἰδίᾳ δὲ ἀρτηρίας καὶ φλεβὸς, ἑκάστου τε τῶν ἄλλων; ἢ τὸ μέχρι πλείστου γονοειδές τε καὶ αἱματῶδες φαινόμενον; ἢ τοῦτό γε πρόδηλον, ὡς τῷ θερμῷ καὶ ξηρῷ θᾶττον μὲν ὀστοῦν πήγνυται, θᾶττον δ᾽ ἀποτείνεται τὰ νεῦρα, θᾶττον δὲ αἱ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι συριγγοῦνται, καὶ τὰ ἄλλα πάντα διαπλάττεται μόρια; καθάπερ γὰρ ὁ μὲν ὑγρὸς πηλὸς οὐκ ἐπιδέχεται τύπον οὐδὲ διάπλασιν οὐδεμίαν, ὁ δὲ μετρίως σκληρὸς ἐπιδέχεται, οὕτω καὶ τὸ πρῶτον κύημα. παραπλήσιον οὖν ἐστιν ἄρτι πηγνυμένῳ γάλακτι, καὶ ὥσπερ τοῦτο διαπλάττειν οὐδεὶς ἐπιχειρεῖ τῶν τυροποιῶν, πρὶν μετρίως παγῆναι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ᾽ ἡ φύσις τὸ ζῶον. οὐδὲ γὰρ εἰ ἐπιχειροῦσι πλέον ἂν αὐτῷ τι γένοιτο, μηδέπω τῆς ὕλης ἕδραν ἐχούσης, ἀλλὰ ἀστηρίκτου τε καὶ τρομώδους διαῤῥεούσης. οὐδὲ γὰρ ὁ πλάστης ἐπιχειρεῖ πηλὸν ἢ κηρὸν ὑγρὸν διαπλάττειν, πρὶν μετρίαν λαβεῖν πῆξιν. ξηρότερον μὲν δὴ διὰ ταῦτα τὸ θᾶττον μορφούμενον. εὐρείας δὲ ἀρ-

etiam nervi, fingulatim etiam arteriae et venae fingularumque aliarum partium? an quod ad plurimum tempus feminiforme et sanguineum apparet? aut manifeftum eft hoc antea, quod calido et ficco citius offa durescunt, citiusque nervi extenduntur, et citius venae ac arteriae in fiftulae modum cavantur, atque aliae omnes partes conformantur? Quemadmodum enim lutum liquidum nullam figuram nullamque effigiem fufcipit, moderate vero durum fufcipit, sic et primus ac recens foetus fimilis eft recens coagulato lacti, et quemadmodum hoc nullus eorum, qui cafeos cogere ac efficere folent, effingere aggreditur prius, quam moderate fit congelatum, eodem modo neque natura animal. Neque enim, etiamfi aggrederentur, amplius quicquam efficerent, materia nondum compagem habente, fed fine fulcro ac tremula adhuc diffluente. Neque enim figulus lutum aut ceram liquidam effingere tentat prius, quam moderatam habeant firmitatem. Ob id fane etiam ficcius eft, quod citius accipit formam. Amplas

τηρίας καὶ φλέβας καὶ θώρακα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἁπάσας τῶν μορίων τὰς κοιλότητας ἴσχει τὸ διαφυσώμενον, ἐπεὶ μᾶλλον ἐργάζεσθαί τι τοῦτο πέφυκε πολὺ πνεῦμα θερμόν. ταῦτά τοι καὶ ἀρτηρίας μείζονάς τε καὶ ἰσχυρότερον ἔχει σφυζούσας, καὶ ὅλον τὸ σῶμα σύντονόν τε καὶ ἕτοιμον εἰς τὰς κινήσεις. τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀποκυηθέντων μόνον, ἀλλὰ καὶ κυουμένων ἔτι θερμοῦ κρατοῦντος τὰ ἅπαντά ἐστι γνωρίσματα. διὰ ταῦτα κἂν τῇ δεξιᾷ μήτρᾳ φαίνεται κυούμενα τὰ ἄῤῥενα, καὶ σπανίως ὤφθη ποτὲ θῆλυ κατὰ ταύτην τὴν μήτραν, ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὴν ἀριστερὰν ἄῤῥεν. οὕτω δὲ καὶ τῶν ὄρχεων εὐτραφέστερος μὲν ὁ δεξιὸς ὑπάρχει, καὶ πρῶτος μὲν ἐν τῷ τραγᾷν διαφυσηθεὶς ἀῤῥενογόνους ποιεῖ, ἀτροφώτερος δὲ καὶ ὕστερον ἀρξάμενος ἐξαίρεσθαι θηλυγόνους. εἴρηται δ᾽ ὑπὲρ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς· ἐκείνου γάρ ἐστιν εὑρήματα. νῦν δ᾽ ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτο ἐξ αὐτῶν λαβεῖν, ὡς, εἴπερ ἐστὶ τὰ δεξιὰ μόρια θερμότερα τῶν ἀριστερῶν, ὥσπερ ἐστὶν, εἴη ἂν

autem arterias, et venas, et thoracem, et (ut fimpliciter dicam) omnes partium cavitates habet, quod inflatum eft, quum etiam hoc multo magis fpiritus multus calidus operari foleat. Itaque et arterias majores et fortius pulfantes habet, ac totum corpus robuftum ac vegetum ad motus. Talia autem omnia non folùm in jam editis, fed etiam in his, quae adhuc in utero geftantur, figna funt caloris praedominantis. Et ob id etiam in dextro utero mafculi geftari videntur, et raro admodum vifa eft foemina in hoc utero, quemadmodum raro etiam in finiftro utero mafculus. Sic vero etiam tefticulorum corpulentior dexter exiftit, et prius quidem tempore pubertatis inflatus generatores mafculorum facit, gracilior vero et pofterius tumefcere incipiens foeminarum genitores oftendet. Dictum porro de his uberius in quinto diffectionis Hippocratis; illius enim funt haec inventa. Nunc autem tantum ex ipfis fumere fatis erit, quod, fiquidem dextrae partes finiftris funt calidiores, quemadmodum certe funt, fuerit uti-

τοῦτο γνώρισμα τοῦ θερμότερον εἶναι τὸ ἄῤῥεν τῆς θηλείας. ἐδείχθη δὲ καὶ ξηρότερον, θερμότερον γάρ ἐστι καὶ ξηρότερον. ἀλλ᾽ ὅτι μέν ἐστι τοιοῦτο, πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅσοι τι περὶ κράσεων ἐπραγματεύσαντο, καὶ ὡς ἕπεταί γε τῇ τοιαύτῃ κράσει ῥώμη τῶν ἐνεργειῶν, ὡμολόγηται καὶ τοῦτο. διότι δὲ τὸ μὲν τοιοῦτο τῇ κράσει κύημα τοὺς ὄρχεις ἐκτὸς ἔχει κρεμαμένους, καὶ κατ᾽ αὐτῶν τὸ αἰδοῖον πρόμηκες, καὶ μήτραν οὐδαμόθεν, τὸ δ᾽ ὑγρότερόν τε ἅμα καὶ ψυχρότερον ἔνδον μὲν τοὺς ὄρχεις καὶ τὰς μήτρας, ἔνδον δὲ καὶ αὐτὸ σύμπαν τὸ αἰδοῖον, ἐν τῷ παρόντι λόγῳ προὔκειτο σκοπεῖσθαι. δοκεῖ δέ μοί τι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων ὁρμητήριον ἡμῖν γενέσθαι τῆς τῶν ζητουμένων εὑρέσεως. ἔστι δὲ τοῦτο τῶν γεννητικῶν μορίων ἀναλογία κατά τε τὸ ἄῤῥεν ζῶον καὶ κατὰ τὸ θῆλυ. διφυῆ γὰρ ὑπάρχουσαν τὴν μήτραν τῶν γυναικῶν εἴ τις ἐπινοήσειε δύο ταῦτα πάσχουσαν, ἅμα τε προπίπτουσαν ἔξω τοῦ περιτοναίου καὶ οὕτως ἐκτρεπομένην, [224] καὶ ὅσα μὲν

que hoc fignum, foeminâ mafculum calidiorem effe. Demonftratum eft autem et ficciorem; eft enim calidior et ficcior. Verum quod fit talis, omnes confitentur, qui modo aliquid de temperamentis prodiderunt, quin et, quod ad hujufmodi temperamentum robur actionum confequatur, itidem confeffum eft. Quapropter vero foetus ejufmodi temperamento praeditus tefticulos extra pendentes habeat, et iuxta ipfos pudendum praelongum, et uterum ex nulla parte, contra vero humidior fimulque frigidior tefticulos intus habeat, itemque uteros, itidemque intrinfecus totum pudendum, in praefenti fermone confiderare propofitum eft. Videor autem mihi videre, aliquid ex his, quae in diffectione apparent, incitabulum nobis fore ad inveniendum ea, quae quaeruntur. Eft autem hoc ipfum proportio genitalium membrorum tum in mafculo, tum in muliebri animali. Si quis enim geminae naturae uterum effe animo concipiat, ita ut tum extra peritonaeum elabatur, tum fic invertatur, et quaecunque nunc quidem extra ipfum

Ed. Chart. III. [224.] Ed. Baf. I. (244.)

ἔστιν ἔξωθεν αὐτῆς, νῦν ἔνδοθεν γενέσθαι, τὰ δ᾽ ἔνδον ὑπάρχοντα νῦν ἔξωθεν φαίνεσθαι, γεννήσειεν ἂν οὕτω τοὺς ὄρχεις ἐν ὀσχέῳ, τοῦ μὲν τῆς μήτρας κύτους ὀσχέου γενηθέντος, τοῦ περιτοναίου δὲ ἐρυθροειδοῦς, αὐτῶν δὲ τῶν ὀρχεων οὐκ ἔξωθεν, ὥσπερ νῦν εἰσι, τῶν μητρῶν, ἀλλ᾽ ἔσωθεν γενομένων. καὶ γὰρ καὶ ὁ κρεμαστὴρ ὀνομαζόμενος, ἔστι δ᾽ ἑκατέρωθεν εἷς ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς λαγόνας ἀποφυομένων μυῶν, ὡσαύτως φαίνεται καθήκων εἰς τὴν μήτραν κατά γε τὰ τοῦ περιτοναίου τρήματα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων ὁδὸς γινομένη ταῖς μὲν ἀρτηρίαις καὶ φλεψὶν ἄνωθεν κάτω, τοῖς σπερματικοῖς δ᾽ ἀγγείοις κάτωθεν ἄνω· ταῖς θηλείαις δ᾽ ἐντὸς τοῦ περιτοναίου τοῦτο κείμενον ἀπὸ τοῦ μυὸς ἄρτημα πρὸς τὴν μήτραν διαπέμπεται καθ᾽ ἑκάτερον μέρος ἀριστερόν τε καὶ δεξιὸν, ὥστε καὶ ταῦτα ἀναλόγως εἶναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων κρεμαστῆρσιν. ὁ δὲ δὴ τράχηλος τῶν ὑστερῶν ἔνδον καὶ οὗτος κείμενος ἐπὶ τῶν θηλειῶν ἐκτός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων αὐτὸ τὸ ἀνδρῶν αἰδοῖον ἀπεργασθείς. ἡ δὲ τούτων πόσθη τὸ γυναικεῖον

ſunt, interna fiant, et quae intra ipſum nunc ſunt, forinſecus appareant, fuerint ſane hoc modo teſticuli in ſcroto, nimirum uteri amplitudine in ſcrotum commutata, peritonaeo vero in membranam rubicundam appellatam, atque ſic ſane ipſi teſticuli non extra uterum, velut nunc ſunt, videbuntur, ſed intra uterum recepti. Quin et qui cremaſter appellatur (eſt autem utrinque unus ex muſculis ilium exoriens) ſimiliter in uterum procedere apparet circa peritonaei foramina, eodem modo in maſculis quidem via exiſtens arteriis et venis ex ſupernis deorſum, vaſis vero ſeminariis ex infernis ſurſum; in foeminis vero intra peritonaeum ſita haec appendix ex muſculo in uterum demittitur juxta utramque partem dextram et ſiniſtram, ut et hae appendices eandem proportionem habeant cum cremaſteribus maſculorum. Collum porro uterorum, quod et ipſum intus in foeminis ſitum eſt, in maſculis eſt ipſum virile pudendum effectum et extra locatum:

ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τῶν θηλειῶν. ἐπίπωμα γὰρ ὥσπερ τοῦτο στομάχου τῶν ὑστερῶν ἐστιν, οὕτως ἡ πόσθη τοῦ τῶν ἀῤῥένων ἐστὶν αἰδοίου δερματώδης ἐπίφυσις ἔνδον κοίλη, πλὴν ὅσα πολλῷ μεῖζόν ἐστιν ἐπὶ τῶν θηλειῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. ἅπαντα οὖν φαίνεται ἔχειν τὰ γεννητικὰ μόρια ταῦτα τὸ θῆλύ τε καὶ ἄῤῥεν ζῶον ἤτοι τῇ θέσει διαφέροντα, τῷ τὰ μὲν αὐτῶν ἐντὸς εἶναι τοῦ περιτοναίου, τὰ δὲ ἐκτὸς, ἢ τῷ μεγέθει, καθάπερ ἐπὶ πόσθης τε καὶ ὄρχεων ἀρτίως ἐλέγετο. καὶ γὰρ καὶ τὰ τρέφοντα τοὺς ὄρχεις ἀγγεῖα τῶν αὐτῶν ἀφώρμηται φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν καυλὸν καὶ τὸν ὄσχεον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων τοῖς τὸν τράχηλόν τε τῶν ὑστερῶν καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον· οὕτω δὲ καὶ τῶν τὰς μήτρας τρεφόντων ἀγγείων ἀνάλογον αἱ ἀρχαὶ τοῖς τῶν ὄρχεων τῶν ἀνδρῶν. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν νεύρων ἀρχὴ διάφορος ἑκατέροις ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν αὐτῶν τοῦ νωτιαίου χωρίων ἐπ᾽ ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν ἀφώρμηνται. πάντ᾽ οὖν φαίνεται τὰ συνιστῶντα τὴν οὐσίαν τῶν

praeputium autem virile muliebre est pudendum in foeminis. Quemadmodum enim hoc operculum est stomachi ipsorum uterorum, sic praeputium pudendi virilis pelliculosa excrescentia est intus cava, praeterquam quod multo majus id in foeminis quam masculis existit. Omnia igitur genitalia membra tum masculum, tum muliebre animal eadem habere videtur, aut situ differentia, quod altera intra peritonaeum sunt, altera extra, aut magnitudine, velut in praeputio et testibus nuper adeo dicebatur, quin et vasa testes nutrientia ex iisdem venis et arteriis procedunt. Eodem vero modo quae ad penem et scrotum in maribus tendunt, illis respondent, quae ad collum uteri et pudendum muliebre pertingunt. Eandem etiam habent proportionem principia vasorum uterum nutrientium cum his, quae in scroto sunt virorum. Nec vero nervorum principium utrisque diversum est, sed ab iisdem medullae spinalis regionibus et in viris et in foeminis procedit. Omnia igitur, quae genitales partes constituunt, in utrisque

γεννητικῶν μορίων ἑκατέρων τῶν ζώων ὑπάρχοντα, καὶ κατὰ μηδὲν ὅλως πλεονεκτοῦν, μήτε τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, μήτε τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος, ἀλλ᾽ ἑνὶ μόνῳ διαφέροντα, τῷ τὰ μὲν ἔνδον εἶναι, τὰ δὲ ἐκτός. ὥστε, εἰ νοήσεις ἐν τῇ τοῦ κυουμένου ζώου διαπλάσει τὰ γεννητικὰ μόρια τὴν μὲν πρώτην ὑπογραφὴν καὶ οἷον ὑποτύπωσιν ἐντὸς λαμβάνοντα τοῦ περιτοναίου, μετὰ ταῦτα δ᾽ ἐκτὸς ἀνίσχοντα, τὴν ἄῤῥενος ζώου γένεσιν οὕτως ἂν μάθοις. ὅτι δ᾽ οὐκ ἄλλως ἡ φύσις εἴωθε τὰ τοιαῦτα δημιουργεῖν τῶν μορίων, ἐκ πολλῶν τεκμηρίων ἔνεστί σοι μαθεῖν· ἑνὸς μὲν καὶ πρώτου τῶν φαινομένων ἐπὶ τοῖς νεογενέσι ζώοις, ὀδόντων μὲν ἐν τοῖς φατνίοις ἔτι κατακεκρυμμένων ἐντὸς, ὀφθαλμῶν δ᾽ ἐπὶ τῶν πλείστων ἔτι κεκλεισμένων, ἐπ᾽ ἐνίων δὲ μηδὲ διηρθρωμένων. ἀκριβῶς δ᾽ ἕξεις τὴν τούτων θέαν, τὰς ἀμβλώσεις παραφυλάττων, ἔτι τε ἐπὶ ταῖς τῶν κυούντων ζώων ἀνατομαῖς εὕροις ἂν τά τ᾽ ἄλλα καὶ αὐτὰ τὰ γεννητικὰ μόρια τοιαύτην ἴσχοντα τὴν γένεσιν. ἀνδρὶ δὲ γεγυμνασμένῳ περὶ φύσιν ἀρκεῖ καὶ ταῦτα λογίσασθαι μόνα τὰ νῦν

animalibus exiſtere apparet, et in nullo penitus foeminam a maſculo, aut maſculum a foemina ſuperari, ſed uno ſolo differre, quod alterae partes intus, alterae foris exiſtunt. Quare, ſi animo volutabis, quod in animalis, quod in utero geſtatur, formatione genitales partes primam delineationem et quaſi adumbrationem intra peritonaeum accipiant, poſtea vero emergant, ſic utique maſculi animalis generationem didiceris. Quod vero natura ejusmodi partes non aliter effingere ſoleat, ex multis indiciis condiſcere tibi licet. Ex uno quidem, et quod primum in recens editis animalibus apparet, dentibus nimirum intra locellos ſuos adhuc occultatis, oculis vero in pleriſque adhuc clauſis, in aliquibus vero neque articulatis. Exactum autem horum ſpectaculum habebis abortus contemplando; amplius vero et in praegnantium animalium diſſectionibus reperies tum alia, tum ipſa genitalia membra ejusmodi generationem habere. Caeterum viro circa naturam exercitato haec ſola conſiderare ſatis erit, quae

λεχθησόμενα. χρῆται μὲν ὀργάνοις ἡ φύσις εἰς τὴν τῶν μορίων δημιουργίαν καὶ μάλιστα τῶν ἐχόντων κοιλίας ἀέρι τε καὶ πυρί. καὶ γὰρ εὐρῦναι, καὶ διαφυσῆσαι, καὶ παρατεῖναι, καὶ ξηρᾶναι, καὶ κρατῦναι τὰ σώματα τούτων ἔργον ἐστίν· εἰ δ᾽ ἀναπνεύσειε πρὸς τὸ ἐκτὸς, ἀπολείψει τὴν ὕλην. ὅσα τοίνυν τῶν (245) εἰρημένων μορίων ἡ φύσις διαπλάττει τὴν ἐκτὸς ἅπασαν περιγραφὴν οἷον ἕρκος ὀχυρόν. ὅταν δ᾽ ὑπογράψηται τὸ τῶν δημιουργουμένων εἶδος, [225] ἀθροωτέρᾳ φορᾷ χρησαμένη τοῦ πνεύματος ἅμα μὲν ἔξω προωθεῖ τὸ διαπλασθὲν, ἅμα δὲ ῥηγνύει τὸ περιέχον. εἰ δ᾽ ἀῤῥωστήσειέ ποτε περὶ τὸ τελευταῖον ἔργον, ἀτελὲς ἐγκαταλείπει τὸ γινόμενον, ὥσπερ ἀμέλει φαίνεται καθ᾽ ὅλον τὸ τῶν ἀσπαλάκων γένος, οἷς ἀνατετύπωνται μὲν ἔνδον οἱ ὀφθαλμοὶ, πρὸς τοὐκτὸς δ᾽ ἀνίσχειν οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀῤῥώστου κατὰ τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῶν γενομένης, ὡς μὴ συντελέσαι τὸ ἔργον, ὃ προὔθετο. δέδεικται δὲ ἱκανῶς Ἀριστοτέλει τῶν ζώων τὰ μὲν ἀτελέστερα κατά τε μόρια καὶ σύμπαν ἐνίοτε τὸ σῶμα. τῶν γοῦν ὀφθαλμῶν, ἐπειδὴ τοὺ-

nunc dicentur. Natura organis utitur ad partium opificium, et maxime earum, quae cavitates habent, et aëre et igne. Nam et dilatare, et infufflare, et extendere, et ficcare, et roborare corpora ipforum opus eft; fi vero foras expirarint, relinquent ipfam materiam. Circa unamquamque igitur praedictarum partium natura omne extrinfecus lineamentum velut feptum munitum effingit. Poftquam vero opificii fpeciem delineavit, acervato fpiritus impetu utens fimul et quod efformatum eft propellit, et quod continet ac ambit fimul perrumpit. Si vero aliquando circa ultimum opus debilitetur, ipfum, quod faciebat, imperfectum derelinquit, quemadmodum profecto circa totum talparum genus apparet, quibus lineamenta quidem oculorum intus expreffa funt, verum foras emergere non potuerunt, natura circa hoc faciendum debili facta, ut propofitum opus abfolvere non poffet. Oftenfum eft autem fufficienter ab Ariftotele, quod ex animalibus quaedam imperfectiora fint et circa partes aliquas, et aliquando circa totum corpus. Oculorum ita-

των ἐμνήσθην, ἐπὶ μὲν ἐνίων ζώων οὕτως ἐστὶ τέλεός τε καὶ δραστήριος ἡ φύσις, ὥστε οὐδὲν αὐτοῖς ἐνδεῖ γεννηθεῖσιν, ἀλλ᾽ εὐθὺς ὁμοίως βλέπει τοῖς ἀκμάζουσιν. ἐπ᾽ ἐνίων δ᾽ ἀνοίγονται τὰ βλέφαρα, καὶ χρόνου δεῖται μακροτέρου πρὸς τὴν τῆς ἐνεργείας ἀκρίβειαν. τὰς δὲ κύνας ἤδη που καὶ ἡ παροιμία φησὶ τυφλὰ τίκτειν ὑπὸ σπουδῆς. ἀλλ᾽ ἀκριβῶς μὲν ἄν τις ὀνομάζων ἀτελῆ μᾶλλον ἢ τυφλὰ καλέσειε τὰ νεογενῆ κυνίδια, μέλλοντα δι᾽ ὀλιγίστων ἡμερῶν ὄψεσθαι· τοὺς δ᾽ ἀσπάλακας ὄντως τυφλοὺς εἶναί τε καὶ γεννᾶσθαι. τούτων δ᾽ αὐτῶν ἔτι μᾶλλον ὀφθαλμῶν ἐστέρηνται τὰ πλεῖστα τῶν ὀστρέων γένη. τῶν σκωλήκων δὲ τισὶ μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἔνεισιν ὀφθαλμοὶ, τισὶ δ᾽ αὐτὸ μόνον ἴχνος ἀμυδρόν. ὥσθ᾽ οἷον βαθμούς τινας ἡ φύσις ἔοικεν ἔχειν, πρῶτον μὲν, ἐν ᾧ βραχύ τι τῶν φυτῶν ἀποκεχώρηκε ζῶον ποιήσασα, μίαν ἔχον αἴσθησιν τὴν ἁφὴν, δεύτερον δὲ, ἐν ᾧ καὶ γεῦσιν προστίθησι, καὶ τρίτον, ἐν ᾧ καὶ ὄσφρησιν, εἶτα τετάρτῳ βαθμῷ τὴν ἀκοὴν, καὶ πέμπτῳ τὴν ὄψιν, εἶτ᾽ αὐτῶν ἃς

que (quando fane in horum mentionem incidimus) in aliquibus animalibus adeo perfecta eft et efficax natura, ut nihil ipfis defit ftatim a partu, fed mox fimiliter ut animalia in vigore exiftentia cernant, in aliquibus vero aperiuntur palpebrae, et longo tempore opus habent ad certam et exactam actionem. Canes vero caecos catulos parere prae feftinatione, etiam proverbium jam dicit. Verum fi quis exacta appellatione uti velit, imperfectos potius quam caecos vocabit recens editos catulos, utpote poft pauciffimos dies vifuros, talpas autem revera caecas et effe et generari dicet. His ipfis porro adhuc amplius oculis privata funt plurima oftreorum genera. Vermibus vero quibusdam in totum oculi non infunt, quibusdam ipfum folum veftigium fatis obfcurum. Quare natura velut gradus quosdam habere videtur; primum quidem, in quo parum quid a plantis abfceffit, animal faciendo, quod unum fenfum habeat, ipfum videlicet tactum; fecundum vero, in quo etiam guftum apponit, et tertium, in quo olfactum; deinde quarto gradui auditum addit, et quinto

εἴρηκα διαφοράς. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστιν, ὥσπερ οἱ ἀσπάλακες ἔχουσι μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔνδον ἀρχομένους διαρθροῦσθαι, ἔξω δ᾽ αὐτοὺς ἡ φύσις προαγαγεῖν οὐκ ἠδυνήθη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ γεννητικὰ τοῖς θήλεσι τῶν ζώων ἔνδον μὲν διαπλασθῆναι καὶ πρὸς τοὐκτὸς ἀνασχεῖν μὴ δυνηθῆναι, διὰ τὸ τὴν φύσιν ὅλην αὐτῶν ἀῤῥωστοτέραν τε εἶναι καὶ ἀτελεστέραν, ὥσπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἔλεγεν. ἀλλὰ τοσοῦτόν γε τῆς τῶν ἀσπαλάκων φύσεως ἡ τῶν θηλέων ζώων ἐστὶ τελεωτέρα, καθ᾽ ὅσον ἐκεῖνοι μὲν οὐδενὸς ἀπολαύουσι χρηστοῦ τῆς τυφλότητος, οὐ σμικρὰ δὲ εἰς τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν συντελεῖ τὸ θῆλυ ζῶον· ἅτε γὰρ ὑγρότερόν τε καὶ ψυχρότερον γενόμενον, ἔμελλε θρέψειν περιττώματα πρὸς τροφὴν τοῖς κυουμένοις ἐπιτήδεια. καὶ δὴ καὶ κεφαλαίοις ὀλίγοις ἅπασαν αὐτῶν ἐπέλθωμεν τὴν φύσιν. ὅταν ἡ τοῦ πρώτου κυήματος σύστασις ὑγροτέρα γίνηται καὶ ψυχροτέρα, τήν τε ἀρχὴν τῆς μορφώσεως ὀψιαίτερον ἴσχει καὶ τὴν τελευτὴν οὕτω βραδεῖάν τε καὶ

viſum, poſtea differentias etiam ipſorum, quas recenſui. Nihil igitur mirum eſt, quemadmodum talpae oculos habent, qui intus articulari et particulatim digeri ac componi coeperunt, verum natura ipſos extra producere non potuit, eodem modo et genitales partes muliebribus animalibus intus efformatas eſſe, et extrinſecus emergere non potuiſſe, propterea quod tota natura ipſorum debilior ſit et imperfectior, quemadmodum etiam Ariſtoteles dixit. Verum tanto ſane muliebrium animalium natura perfectior eſt quam talparum, in quantum talpae nullo caecitatis commodo fruuntur, non parum vero ad generis propagationem muliebre animal confert: nam ut humidius et frigidius productum recrementa ſecum connutriturum erat ad alimentum foetibus ipſis idonea. Et ſane paucis capitibus omnem ipſorum naturam perſtringemus. Quum primi et recentis foetus compages liquidior ſit et frigidior, tunc et principium formationis ſerius accipit, et finem adeo tardum et debilem, ut hae partes foras emergere

Ed. Chart. III. [225. 226.] Ed. Baſ. I. (245.)

ὀῤῥωστον, ὡς μὴ δυνηθῆναι πρὸς τοὐκτὸς ἀνασχεῖν τὰ μόρια. διὰ ταῦτ᾽ οὖν αὐτὰ περὶ τὰ τελευταῖα διαπλασθέντα κάμνειν συνέβη τὴν φύσιν, καὶ ἀσθενεστέραν τῶν ἄλλων ἀποτελεῖσθαι. δέδεικται δ᾽ ἡμῖν ἐν ἑτέροις, ὅ τί περ ἂν ᾖ περιττὸν εἴτε τροφῆς χρηστῆς εἴτε μὴ χρηστῆς, ὠθούμενον ὑπὸ τῶν ἰσχυροτέρων μορίων εἰς ἀσθενέστερα. καὶ τοίνυν καὶ τὸ θῆλυ ζῶον ὅτι μὲν ἀσθενέστερον ἐγένετο, καὶ περιττωματικόν ἐστιν, ὅτι δ᾽ ἁπάντων αὐτοῦ τῶν μορίων ἀσθενέστερα τὰ γεννητικὰ, διὰ τοῦτο εἰς ταῦτα ἀφικνεῖται τὸ περιττὸν αἷμα, κάθαρσις μὲν τοῖς θήλεσιν ὑγιεινὴ γινομένη, πρὶν κύειν, ὕλη δ᾽ εἰς τροφὴν ἐπιτήδειος τοῖς ἐμβρύοις ἐν τῷ τῆς κυήσεως καιρῷ. ταῦτ᾽ οὖν εἴρηταί μοι καὶ γέγονε δῆλον, ἐπὶ μὲν τῇ θερμοτέρᾳ τε καὶ ξηροτέρᾳ κράσει τοῦ κυήματος [226] ἄῤῥεν ζῶον γενόμενον, ἐπὶ δὲ τῇ ψυχροτέρᾳ καὶ ὑγροτέρᾳ θῆλυ· τὸ δ᾽ εἶδος ἢ τὸ γένος τοῦ ζώου, καλεῖν γὰρ ἑκάτερον ἐγχωρεῖ, τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἵππον καὶ τὸν βοῦν, τῇ φύσει τῆς ὑποβεβλημένης ὕλης εἰς τὴν τοῦ ζώου γένεσιν ἀκόλουθεν ὑπάρχειν, ὥσπερ

non poſſint, et quum circa partes, quae poſtremum efformantur, naturam delaſſari ac debilitari contigit, imbecilliores etiam aliis abſolvuntur. Demonſtratum autem nobis in aliis operibus eſt, quodcunque ſupervacaneum ſive ex commodo alimento ſive non commodo ſit, a fortioribus partibus ad debiliores propelli, ideoque muliebre animal, quandoquidem imbecillius factum eſt, etiam recrementis ſupervacaneis redundat. Quando vero omnium ipſius partium debiliſſimae ſunt genitales, ob id ſane in has ſupervacaneus ſanguis pervenit, qui ſalubris quidem purgatio fit foeminis, priusquam concipiant, tempore vero geſtationis in utero idonea materia in alimentum ipſis foetibus exiſtit. Haec igitur a me dicta ſunt, et manifeſtum jam factum eſt, in calidiore et ſicciore foetus temperamento maſculum animal generari, in frigidiore vero et humidiore muliebre, ſpeciem autem ſive genus animalis (utrumque enim dicere licet), hominem videlicet et equum et bovem, ad naturam materiae in animalis generationem ſubjectae conſequentem eſſe, quemadmodum

γε καὶ τὴν ὁμοιότητα τῆς μορφῆς ἑκατέρῳ τῶν γονέων τῆς τε διαπλαστικῆς καὶ μορφωτικῆς γενέσθαι δυνάμεως ἐν τῷ σπέρματι ἐχομένης· ὥστ᾽ ἔχειν ἡμᾶς τριῶν ὁμοιοτήτων ἀρχὰς τρεῖς, τὴν μὲν τοῦ γένους τοῦ ζώου κατὰ τὴν οὐσίαν, ἐξ ἧς ἐγένετο, τὴν δὲ τῆς μορφῆς κατὰ τὴν ἐκ τοῦ σπέρματος κίνησιν, τὴν δ᾽ ὡς ἄῤῥενος ἢ θήλεος ἐκ τῆς ἀμφοτέρων τῶν ἀρχῶν κράσεως. ἀρχὰς δ᾽ ἀμφοτέρας λέγω καταμήνιόν τε καὶ σπέρμα. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς ἔχειν μοι δοκεῖ. καὶ γὰρ ὅτι τοῖς προγόνοις ὁμοιοῦταί τινα κατὰ τοὺς σπερματικοὺς λόγους, οὐ μόνον τοὺς τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς μητρὸς, εὔδηλον ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστί.

Κεφ. ς΄. Σκεψώμεθα δ᾽ ἑξῆς περὶ τῶν ἀδενωδῶν παραστατῶν, οὓς οἱ μὲν ἄπειροι τῆς ἀνατομικῆς θεωρίας οὐδὲ γινώσκουσι τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ ἔμπειροι πάντες ὥσπερ δι᾽ ἑνὸς στόματος ἀπεφήναντο περιέχειν σπέρμα. δυσωποῦμαι οὖν αὐτῶν τό τε πλῆθος καὶ τὴν δόξαν, ὅμως ἅ γε γινώσκω ῥητέον κἀνταῦθα, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν ὄρχεων ἐποιησάμην. τί δήποτ᾽ οὖν, εἰ σπέρματός εἰσιν

ſane et formae ſimilitudinem ad utrumque parentem effingentis ac formantis facultatis eſſe, quae in ſemine continetur. Quare trium ſimilitudinum tria principia habebimus, ſimilitudinem generis animalis juxta ſubſtantiam, ex qua generatum eſt, formae vero juxta motum ex ſemine, eam vero, quae eſt aut maſculi aut foeminae, ex utrorumque principiorum temperamento. Utraque autem principia appello menſtruum et ſemen. Haec quidem igitur ſufficere mihi videntur; nam quod parentibus aſſimilantur nati juxta ſeminis rationem, non patris ſolum, ſed etiam matris, ex relatis ſatis manifeſtum eſt.

Cap. VI. Videamus porro deinceps de aſtitibus glanduloſis, quos inexperti ad anatomicam ſpeculationem in totum ignorant, experti vero omnes, velut uno ore, ſemen continere pronunciaverunt. Pudore igitur confundor ob multitudinem et opinionem ipſorum, tamen quae ſcio etiam hic dicenda ſunt, quemadmodum in ſuperioribus de teſtibus feci. Cur igitur tandem, ſi ſeminis ſunt

ἀγγεῖα καὶ οὗτοι, τοῖς ἐκτμηθεῖσι ζώοις τοὺς ὄρχεις ἀπόλλυται παντάπασιν ἡ τῆς μίξεως ἐπιθυμία; χρὴ γὰρ, εἴπερ ἄρα, μίγνυσθαι μὲν, μὴ γεννᾷν δὲ, διότι λεπτὸν καὶ ὀῤῥῶδές ἐστι τὸ κατ᾽ αὐτοὺς σπέρμα· φαίνεται δὲ οὐχ οὕτως γινόμενον. καὶ μὴν οὐκ ἐγχωρεῖ τὰ μὲν ὄργανα τοῦ σπερμαίνειν ἔχειν, οὐκ ἔχειν δ᾽ αὐτῶν τὴν χρῆσιν. ἁπάντων γὰρ τῶν ὀργάνων τοῦ σώματος ἡ φύσις τοῖς ζώοις ἔδωκε δυνάμεις συμφύτους ἀδιδάκτους χρῆσθαι πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας. ἀποδέδεικται δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ἡμῶν ἐν τῷ περὶ χρείας μορίων, καὶ πρὸς Ἀριστοτέλους πρότερον, ἄλλων τε πολλῶν ἰατρῶν τε καὶ φισοσόφων. ὥστε οὐδὲν δέω κατασκευάζειν αὐτὸς πρὸς ἐκείνους τὸν λόγον ποιούμενος, ἀλλ᾽ ὑποκειμένου κοινοῦ πᾶσιν ἡμῖν ὁμολογήματος, τοῦ μήτ᾽ ἄχρηστόν τι καὶ περιττὸν ἐργάσασθαι μόριον τὴν φύσιν, μήτ᾽ ἄνευ τῆς χρησομένης αὐτῷ δυνάμεως, ἀναλήψομαι τὸν λόγον. οἱ ἀδενώδεις παραστάται κατὰ τὰς τῶν ὄρχεων ἐκτομὰς οὐδὲν πεπονθότες οὐκ ἐπεγείρουσι τὸ εὐνουχισθὲν

et hi vafa, animalibus, quibus teftes execti funt, deperit penitus coeundi appetentia? Oportet enim utique coire quidem ipfa, non autem generare, propterea quod tenue et ferofum eft femen in ipfis contentum. Atqui apparet, hoc minime fic fieri; attamen impoffibile eft organa quidem generandi feminis viribus praedita habere, ipforum vero ufum non habere. Natura enim infitas facultates animalibus omnium corporis organorum dedit, atque eas nulla inftitutione edoctas ad proprias actiones obeundas, hoc ipfum vero et a nobis in libris de ufu partium, et prius ab Ariftotele aliisque multis tum medicis tum philofophis demonftratum eft. Quare nihil opus habeo aftruere et confirmare adverfus illos inftituto fermone, verum communi et omnibus nobis confeffo fuppofito, quod videlicet neque inutilem aliquam, neque fupervacaneam partem natura fecit, neque citra facultatem, quae ea uti debeat, repetam fermonem. Aftites glandulofi ex teftium caftratione nihil perpeffi caftratum animal ad venereum confortium non excitant, tanquam fane quidvis

ζῶον εἰς τὴν ἀφροδίσιον ὁμιλίαν, ὡς ἂν ἄλλο τι μᾶλλον ὑπάρχοντες, ἢ σπερματικὸν ὄργανον, ἑτέρας τέ τινος ἕνεκα χρείας γεγονότες. ὥσπερ γὰρ, εἰ, τινὸς ἄλλου μορίου διαφθαρέντος, ἀβλαβῶν δ᾽ ὑπαρχόντων τῶν ὀφθαλμῶν, οὐχ ὑπέμεινεν ὑμῖν τὸ βλέπειν, οὐκ ἂν ὀφθαλμῶν ἐνέργειαν ἔφαμεν αὐτὸ, καὶ εἰ, τῶν σκελῶν μηδὲν βεβλαμμένων, ἀπόλοιτο ἡ βάδισις, οὐκ ἂν τούτων ἐνέργειαν αὐτὴν ἐτιθέμεθα, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, εἰ, τῶν ἀδενοειδῶν παραστατῶν ὑγιεινῶν διαφυλαττομένων, ἀπόλοιτο τοῖς ζώοις ἡ ἀφροδίσιος ὁμιλία, τῶν γεννητικῶν οὐκ εἰσὶν οὗτοι μορίων. ὡς οὖν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων ἀναστομοῦσθαι, πιθανῶς συνελογίσαντό τινος ἕνεκα γεγονέναι χρείας αὐτοὺς, οὕτως ἐπὶ τῶν θηλειῶν θεασαμένους ἑτέρους τελευτῶντας ἐχρῆν κἀνταῦθα συλλογίσασθαι τὸ μὴ τῆς αὐτῆς, εἶθ᾽ ἑξῆς ἀπορήσαντας ὑπὲρ τῆς κατὰ τὰς ἀποδείξεις [227] μάχης, ὥσπερ ἡμεῖς ἠπορήσαμεν, ἐπισκέψασθαι, πότερον ἐξ ἀνάγκης ἀληθές ἐστι τὸ τοὺς εἰς ταὐτὸ χωρίον ἀνεστομωμένους ὀχετοὺς ἕνεκα

aliud magis exiftentes quam organum feminale, et alterius cujusdam ufus gratia generati. Quemadmodum enim, fi, alia aliqua parte corrupta, illaefis exiftentibus oculis, vifus nobis non fuperfit integer, non fane oculorum actionem videre effe diceremus, et fi, cruribus nihil laefis, ambulatio pereat, non utique his hanc actionem deferremus, eodem modo, opinor, quum, glandulofis aftitibus integris fervatis, pereat in animalibus venereum confortium, minime certe genitales partes illi ipfi funt cenfendi. Sicut igitur ex eo, quod in eundem locum similiter ut vafa feminaria in viris ofcula aperta habent, probabiliter ratiocinati funt, ipfos ejusdem ufus gratia generatos effe, ita oportebat etiam ipfos ratione colligere, in foeminis non ejusdem ufus ergo productos effe, quum videant, in eis rem aliter fe habere. Deinceps vero, quum dubii haereant circa pugnam demonftrationum, velut etiam nos haefitavimus, confiderare oportebat, utrum neceffario verum fit hoc, quod canales in eundem locum os-

τῆς αὐτῆς δημιουργεῖσθαι χρείας, ἢ τὸ μὲν τοὺς ἕνεκα τῆς αὐτῆς χρείας γεγονότας εἰς ταὐτὸ ἐμβάλλειν ἀληθὲς, οὐκ ἀληθὲς δὲ τὸ τοὺς εἰς (246) ταὐτὸ ἥκοντας ἐξ ἀνάγκης εἰς μίαν συντελεῖν. αὐτίκα γέ τοι καὶ ὁ τῆς κύστεως πόρος τὸ οὖρον ἐξοχετεύων εἰς τὸν αὐτὸν τοῦτον πόρον, ὅνπερ καὶ οἱ παραστάται πάντες οἱ τέσσαρες ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων ἀνεστόμωνται· ὥστ᾽ οὐ χρὴ πρὸς ἕτερον ἀπελθεῖν μόριον, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προκειμένου μαθεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἦν ἀναγκαῖον τοὺς εἰς ταὐτὸ χωρίον ἀνεστομωμένους πόρους εἰς μίαν ἐνέργειαν συντελεῖν. εἰ δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων αὐτὸ πιστώσασθαι χρὴ, ἀφθονίᾳ πιστώσεται παραδειγμάτων. εἰς μὲν τὴν τοῦ στόματος εὐρυχωρίαν ἅπασαν τὴν ἔνδον, ἣν ὀνομάζουσι φάρυγγα, τά τ᾽ ἐσθιόμενα καὶ πιόμενα διὰ τοῦ στόματος ἐμπίπτει, κᾀκ τῆς κατὰ τὰς ῥῖνας συντρήσεως ὅ τ᾽ εἰσπνεόμενος ἀὴρ καὶ ἡ κόρυζα· καλεῖ δ᾽ αὐτὴν Ἱπποκράτης μὲν ὡς τὰ πολλὰ βλένναν, οἱ δὲ ἄλλοι μύξαν· ἔτι τε πρὸς τούτοις ἐξ ἐγκεφάλου δι᾽ ὑπερῴας περίττωμα, κᾀκ τῶν παρὰ τῇ ῥίζῃ τῆς γλώσσης ἀδένων τὸ σίελον,

cula aperta habentes ejusdem ufus gratia fint facti: aut hoc quidem verum fit, quod, qui ejusdem ufus gratia facti funt, in eundem locum incurrunt, neceffario in eandem rem conferant. Cujus exemplum effe poterit veficae meatus urinam in eundem hunc meatum derivans, in quem omnes quatuor aftites in mafculis oscula aperta habent. Quare non oportet ad aliam partem digredi, fed ex ipfa jam propofita difcere, quod non fit neceffarium, meatus in eundem locum ofcula aperta habentes ad unam actionem conferre. Quod fi etiam ex aliis hujus rei fidem facere oportet, luculentis exemplis adductis abunde confirmabitur. In univerfam internam oris amplitudinem, quam fauces appellant, quae comedimus ac bibimus, per os illabuntur, et ex perforatione juxta nares tum aer, qui infpiratur, tum pituitofa illuvies, quam appellat Hippocrates ut plurimum blennam, alii etiam mucum. Amplius autem ultra haec ex cerebro per palatum recrementum, et ex glandulis ad radicem linguae fitis faliva.

εἰς ἔντερα δὲ τά τ᾽ ἐκ τῆς γαστρὸς ἥκει, καὶ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἐξ ἥπατος, ἐξ ἀδένων τέ τινων ἑτέρων αὖ πάλιν ἐνταῦθα τεταγμένων ὑγρὸν γλίσχρον ὅμοιον σιέλῳ, περὶ ὧν ἀδένων οὐ σμικρὰ ζήτησις γέγονε τοῖς ἀνατομικοῖς ἀπὸ Ἡροφίλου τε καὶ Εὐδήμου τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα. καί μοι δοκῶ τὸν λόγον ἐπιστήσας ἐνταῦθα, διότι κατὰ τύχην δή τινα πρῶτον ἐμνημόνευσα μορίων, ἃ δὴ αἰσθητῶς οἱ ἀδένες ἐπιτέγγουσι, πρὸς τὸν κράτιστον Μαρῖνον ἐρεῖν τι, χρησάμενος ἀρχαῖς εἰς τὸν λόγον, ἃς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐξ ἐναργῶν ἐπεστήσατο. διττὴν οὖν ἁπάντων χρείαν φησὶν εἶναι τῶν ἀδένων, ἤτοι στηριζόντων ἀγγεῖα μετέωρα, σχιζόμενα καὶ κινδυνεύοντα διασπασθῆναι κατὰ τὰς σφοδροτέρας κινήσεις, ἢ γενέσεως ὑγρῶν ἕνεκεν, ἐπιτέγγειν δυναμένων μόρια τὰ χρῄζοντα παρεσπαρμένης φύσει ὑγρότητος γλίσχρου, πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως καταξηραινόμενα δυσκίνητα γίνεσθαι. τὸ μὲν δὴ τῶν ἑτέρων ἀδένων γένος, ὃ τὰ σχιζόμενα τῶν ἀγγείων στηρίζει, καταλείπωμεν ἐν τῷ παρόντι, μηδέν γε αὐτοῦ δεό-

In inteſtina vero excrementa ex ventre perveniunt, et humor bilioſus ex hepate, et ex glandulis quibusdam aliis rurſus hic ſitis humor viſcoſus ſimilis ſalivae; de quibus glandulis non parva quaeſtio orta eſt inter anatomicos, quae ab Herophilo et Eudemo initium cepit. Et ſane mihi videtur ſermo hic coërcendus eſſe, ob id fortuito primum partium, quas glandulae ſenſibiliter madefaciunt, mentionem feci, ad optimum Marinum aliquid dicendum eſſe, principiis iisdem in uſum ſermonis aſſumptis, quae ille ipſe ex evidentibus ſtatuit. Duplicem igitur omnium glandularum uſum eſſe ait; aut enim fulciunt vaſa ſublimia, quae findi ſolent et divulſionis periculum circa vehementiores motus ſuſtinere, aut ob humorum generationem partes madefacere poſſunt, quae humectatione viſcoſa et ex natura diſperſa indigent, ut ne facile reſiccatae pigrae ad motum reddantur. Atque alterum quidem glandularum genus, quod vaſa, quae findi ſolent, fulcit, in praeſens relinquamus, utpote quo nihil opus habemus

μενοι. προχειρισώμεθα δὲ θάτερον τὸ ἐν τῷ λόγῳ τῶν γλίσχρων ὑγρῶν γεννητικὸν, ὃ καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος ἑτέραν ἔχειν φησὶν αὐτὸς ὁ Μαρῖνος· ἀραιότερον γὰρ εἶναι καὶ σηραγγῶδες, ὑγρότητός τε μεστὸν, ὥσπερ σπογγιὰν διάβροχον, οὐ μὴν ἐκ πάντων γε αὐτῶν ἐκφύεσθαι πόρους αἰσθητούς. εἰς τοῦτό γε τὸ γένος τῶν ἀδένων φησὶ καὶ ἀρτηρίας καὶ φλέβας ἐκφύεσθαι, καί τινα τῶν κατὰ μεσεντέριον ἀγγείων εἰς τοιούτους ἀδένας τελευτᾶν. διττὸν γὰρ καὶ τούτων εἶναι τὸ γένος τῶν ἀδένων, ὅτι καὶ τὴν χρείαν διττὴν, πυκνοὺς μὲν καὶ ξηροὺς, ὅσοι στηρίζουσι τὰ σχιζόμενα τῶν ἀγγείων, ἀραιοὺς δὲ καὶ ὑγροὺς, εἰς οὓς ἀγγεῖα καταφύεται. τούτους φησὶ καὶ τὴν οἷον φλεγματώδη γεννᾷν ὑγρότητα τὴν ὑπαλείφουσαν τὸν ἔνδον χιτῶνα τῶν ἐντέρων. ὅτι δὲ καὶ οἱ τὸ σίελον γεννῶντες ἀδένες αἰσθητοῖς ἀγγείοις εἰς τὸ στόμα προχέουσιν αὐτὸ, σχεδὸν οὐκέτι οὐδεὶς ἀγνοεῖ, καὶ μὲν δὴ ὡς τὴν φάρυγγα πᾶσαν ἀδένες ὑγραίνουσι τῆς αὐτῆς χρείας ἕνεκεν. ἐπιεικῶς γὰρ ἤδη καὶ τοῦτο τοῖς ἀνα-

hoc loco. Aggrediamur autem alterum in ſermone conſequens, id quod viſcoſos humores eſt generans, quod ipſum et corporis ſubſtantiam aliam habere ipſe Marinus tradit; eſſe enim inquit rarius et cavernoſum, et humiditate plenum, ac velut ſpongiam madore imbutam: non tamen ex omnibus ipſis ſenſiles meatus enaſci. In hoc ſane genus glandularum et arterias et venas inſeri ait, et quasdam vaſorum in meſenterii glandulas deſinere. Duplex namque et harum glandularum genus eſſe, quod et uſus duplex exiſtat, denſas quidem et ſiccas, quae vaſa, quae findi ſolent, fulciunt, raras vero et humidas, in quas vaſa inſeruntur. Has ipſas etiam humiditatem velut pituitoſam generare ait, quae ipſa humiditas internam inteſtinorum tunicam oblinit et quaſi inungit. Quod vero etiam glandulae, quae ſalivam generant, ſenſilibus vaſis ipſam in os profundant, fere non amplius quisquam ignorat, ſicut neque quod totas fauces glandulae humectent ejusdem uſus gratia. Hoc ipſum enim aequaliter ab om-

ſunt, quando jam et artus diſtinguuntur, et omnis ſi quae prius dicta eſt pars ad ſtructurae ſuae abſolutionem venit. Conſtat autem cuilibet etiam capitis os poſt omnia alia oſſa concreſcere, atque ideo juxta ſinciput tenue adeo est et imbecillum, ut in recens natis puerulis cerebri motus appareat, non tangentibus nobis tantum, ſed etiam intuentibus. Ac quartum iam tempus hoc poſt primam conceptionem ſequitur, quo partes, quae motui ſerviunt, poſterius formatae confirmantur. Hac de causa infantuli functionibus nutrientis animae validiſſimis utuntur, secundo roboris loco his, quae a corde proveniunt, imbecillibus autem, quas cerebrum ſuppeditat, utpote quum non ſolum jam currere cruribus, aut incedere, ſed ne ſtare quidem poſſint, multo autem minus vel utile quid ratiocinari, aut diſcere, aut ſenſibilis cujusdam affectus aut rationalis diſciplinae meminiſſe. Poſt haec omnia et calvaria roboratur, et dentes erumpunt, pilisque caput obducitur: quapropter et corpore et praeſtantiſſima animae

Ed. Chart. V. [292.] Ed. Baf. I. (217.)
τῷ τῆς ψυχῆς ἀρίστῳ μορίῳ τῷ λογιστικῷ σαφῶς φαίνεται· σὺν γὰρ τοῖς ὀργάνοις τελειούμεναι αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐνεργοῦσιν. ἔνεστι δὲ τοῦτο μαθεῖν τῷ βουληθέντι τὸ βιβλίον ἀναγνῶναι, καθ᾿ ὃ δείκνυμι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις.

Κεφ. δ'. Τί ποτ᾿ οὖν ἔδοξε Χρυσίππῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς φιλοσόφοις Στωϊκοῖς τε καὶ Περιπατητικοῖς ἀποφήνασθαι περὶ καρδίας, ὡς πρώτη τε φύεται τῶν τοῦ ζώου μορίων, ὑπ᾿ αὐτῆς τε τἄλλα γίγνοιτο, καὶ ὡς τῷ πρώτως διαπλασθέντι καὶ φλεβῶν καὶ νεύρων ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ἀρχήν; οὔτε γὰρ πρώτη σαφῶς φαίνεται γινομένη, καὶ δέδεικται πρόσθεν, ὡς ἐπὶ πασῶν τῶν τεχνῶν ὁ αὐτὸς τεχνίτης ἐργάζεται τό τε πρῶτον μέρος τοῦ δημιουργουμένου καὶ τὰ μετ᾿ αὐτὸ πάντα μέχρι τῆς συμπληρώσεως, ἀρτηρίας τε καὶ φλέβας ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκ τῆς τοῦ σπέρματος οὐσίας πρώτας ἁπάντων γεννηθῆναι, καθότι κἀν τοῖς περὶ σπέρματος ὑπομνήμασι δέδεικται. ὥστε, κἂν ἄλλος τις ὁμοίως τοῖς ἀποφηναμένοις περὶ καρδίας ἢ τὸ χορίον ἢ τὸ

parte, ratiocinatrice ſcilicet, imperfecti pueri apparent; etenim facultates animae ſimul cum inſtrumentis abſolute functionem obeunt, id quod diſcere licet ei, qui librum voluerit legere, quo animae facultates corporis temperamentum ſequi oſtendimus.

Cap. IV. Cur igitur Chryſippo aliisque multis philoſophis tum Stoicis tum Peripateticis de corde pronunciare visum est, et quod primum inter animales partes naſcatur, et quod ab eo alia gignantur, item quod ipſum prius formatum tum venarum, tum nervorum originem eſſe neceſſe ſit? Neque enim primum naſci manifeſto apparet, oſtenſumque antea eſt, in omnibus artibus eundem artificem et primam partem rei, quae fabricatur, et reliquas omnes usque ad abſolutionem operis efficere, arteriaſque et venas e ſeminis ſubſtantia primas omnium generari neceſſe eſt, ſicut in commentariis de ſemine oſtendimus. Quare, ſi quis alius, quemadmodum iſti de corde affirmarunt, vel chorion, vel jecur dixerit omnium quae

ἧπαρ ἀρχὴν εἶναι λέγει πασῶν τῶν κατὰ τὸ ζῶον ἐνεργειῶν, οὐ πεισθησόμεθα, γενέσεως μὲν ἀρχὰς ἑκάστῳ τῷ γένει τῶν σωμάτων ἑτέρας εἰδότες, ἑτέρας δὲ τῆς διοικήσεως. οἰκοδομοῦσι μὲν γὰρ ἄλλοι τὰς πόλεις, διοικοῦσι δ᾽ ἄλλοι, καθάπερ γε καὶ τὰς ναῦς καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο δημιουργοῦσι μὲν ἕτεροι, χρῶνται δ᾽ ὀρθῶς ἕτεροι τοῖς δημιουργηθεῖσι. καὶ κατά γε τὰς διοικούσας τὸν βίον ἡμῶν δυνάμεις ὁ λογισμὸς ἁπασῶν ὕστατος γενόμενός τε καὶ τελειούμενος ὅμως αὐτὸς ἄρχει, [293] καὶ διοικεῖ τὰ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, εὐδαιμόνως μὲν, ὅταν ἡ σύμπασα ψυχὴ κατὰ φύσιν ἔχῃ, κακοδαιμόνως δ᾽, ὅταν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτραπῇ. ἀλλ᾽ οὔ μοι πρόκειται νῦν σκοπεῖσθαι περὶ τῆς κατὰ τὰς πράξεις ἐνεργείας, ἐνεστησάμην γὰρ ἐν τῷδε τῷ λόγῳ περὶ διαπλάσεως τῶν κυουμένων εἰπεῖν, εὔχρηστον μὲν λόγον αὐτὸν καθ᾽ αὑτὸν οὐ μόνον τοῖς φιλοσόφοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς, διὰ δὲ τοὺς ἀφ᾽ ὧν οὐ χρὴ τὰ λήμματα πρὸς τὰς ἀποδείξεις λαμβάνοντας ἀναγκαίως ἡμῖν ζητηθέντα· παρέντες γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ζητουμένου τῆς οἰκείας φύσεως ἀρ-

in animante ſunt functionum originem eſſe, minime erit credendum; quippe quum unicuique generi corporum alia videamus generationis, alia diſpenſationis principia; alii enim exstruunt urbes, alii adminiſtrant; ita de navibus et qualibet alia re dicendum est; alii ſunt qui fabricant, alii qui fabricatis recte utuntur. Jam in iis quae vitam nostram adminiſtrant facultatibus ratio, quae omnium extrema et gignitur et perficitur, imperat poſtea, atque humanas actiones gubernat feliciter, quum univerſa anima secundum naturam habuerit, infeliciter, quum extra naturalem ſtatum eſt. Verum de animae actionibus mihi in praeſentia non eſt propoſitum diſputare ſed de foetuum formatione; quae ſane diſputatio per ſe non philoſophis tantum, verum etiam medicis perquam utilis eſt; propter eos autem, qui, unde non debent, lemmata ad demonſtrationes aſſumunt, neceſſario etiam inquirenda venit; omittentes enim nonnulli ex propria rei, de qua eſt

χεσθαι τῶν ἀποδείξεων ἔνιοι τὰς ἐκ τῶν ἀδήλων μετέρχονται. τοῖς δ᾽ ἰατροῖς χρήσιμον ἱκανῶς ἐστιν, ὁπόταν ἤτοι τὸ ἥμισυ τοῦ σώματος, ἢ καὶ ἅπαν ὀλίγου δεῖν ἐξαίφνης παραλυθὲν, ἀκίνητόν τε ταῖς κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείαις γεγένηται, καὶ πρὸς τούτοις γε ἤτοι παντάπασιν ἀναίσθητον, ἢ ἀμυδρῶς αἰσθανόμενον, ἐπίστασθαι, τίνι χρὴ τόπῳ τοῦ σώματος ἐπιβάλλειν τὰ βοηθήματα. τοῦτο δὲ οὐχ οἷόν τε γνῶναι πρὸ τοῦ ζητηθῆναι, πότερον ἐξ αὑτῶν τήν τ᾽ αἴσθησιν ἔχει καὶ τὴν εἰρημένην κίνησιν ἅπαντα τοῦ ζώου τὰ μόρια, ἢ διὰ νεύρων αὐτοῖς ἐπιῤῥεῖ τις ἐξ ἐγκεφάλου δύναμις, ὡς πᾶσιν ὡμολόγηται τοῖς ἀνατομικοῖς, ἢ, καθάπερ ἔνιοί φασιν, ἐκ καρδίας. οἱ Στωϊκοὶ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀχρήστως εἰς τὴν τοῦ τέλους εὕρεσιν, ἐν ᾧ κριθέντι τὴν εὐδαιμονίαν εἶναί φασιν, ἐπεχείρησαν οὐ ζητῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων, ἐξ ὧν εὑρεθῆναι δυνατὸν ἦν αὐτά. ἀλλὰ γὰρ, ἐπειδήπερ ἧκον, ὥσπερ ἐν ἄλλοις πολλοῖς, οὕτω κἀνταῦθα πρὸς ἀχρήστου πράγματος ἑαυτοῖς ἐπίσκεψιν, ἐχρῆν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐναργῶς φαινο-

quaeftio, natura demonftrationem aufpicari, ex incertis affumunt. Porro medicis utile admodum eft, quum vel dimidia corporis pars, vel totum fere corpus repente refolutum functionibus voluntariis immobile redditur, ac praeterea vel nihil plane, vel imbecilliter fentiens, fcire, cui corporis parti admovenda fint remedia. Quod profecto cognofci nullo modo poterit, nifi prius quaeratur, utrum ex fe fenfum motumque dictum omnes animalis partes habeant, an per nervos aliqua facultas ad ipfas vel a cerebro, ut omnes anatomici fatentur, vel, ut nonnulli dicunt, ex corde influat. Nam Stoïci nefcio quomodo inutilem quaeftionem ad finem inveniendum, in quo recte judicato felicitatem ftatuunt, indagare aggreffi funt, fed fine iis, quae ex diffectione apparent, unde alioquin ea poterant inveniri. Verumtamen, ficut in aliis multis, ita hic quoque ad rei fibi inutilis indagationem venerunt, debebant ex iis, quae evidenter pa-

μένων ὁμοίως τοῖς ἀνατομικοῖς ἰατροῖς τὰς ἀρχὰς τῆς ἀποδείξεως πεποιῆσθαι. οἱ δέ γε ἀποφηνάμενοι, τὴν καρδίαν πρώτην διαπεπλάσθαι, μήτε φαινόμενον ἐξ ἀνατομῆς ἔχοντες εἰπεῖν, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν τῆς εὑρέσεως ἐποιήσαντο, μήτε λογικήν τινα ἀπόδειξιν ἄλλην, ἑτέραν ἀφ᾽ ἑτέρας συνάπτουσιν ἄγνοιαν, ὑπὸ τῆς καρδίας τἄλλα γεγονέναι φάσκοντες, εἶναί τε ταύτην, ὥσπερ τῆς γενέσεως αὐτῶν, οὕτω καὶ τῆς διοικήσεως ἡγεμόνα. πρότερον μὲν οὖν, ὅτ᾽ οὔπω τὰ τῆς ἀνατομῆς εἰς τοσοῦτον προεληλύθει γνώσεως, εἰς ὅσον νῦν προελήλυθεν, εἰκὸς ἦν ἀπορεῖν τι περὶ τῆς ἐπιπεμπούσης ἀρχῆς διὰ τῶν νεύρων τοῖς τοῦ ζώου μορίοις αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν. ἤδη δὲ καὶ πολλοῖς τοῖς τ᾽ ἀνατομικοῖς ὡμολογημένης ταύτης τῶν παθῶν τῆς ἰάσεως ἐκ πολυχρονίας τε καὶ συμφώνου πείρας ἅπασι τοῖς ἰατροῖς κεκριμένης, καὶ μηδενὸς ἔτι μήτ᾽ ἐπὶ τῶν ἄνευ πυρετοῦ μαινομένων, ἢ μελαγχολώντων, ἢ τὸν λογισμὸν, ἢ τὴν μνήμην ὁπωσοῦν βεβλαμμένων, ἢ μετὰ πυρετοῦ φρενιτιζόντων, ἢ ληθάργῳ κατειλημμένων, ἢ ἐπιλήπτων, ἢ ἀποπλήκτων, ἀφισταμένου

tent, ficut anatomici medici fecerunt, principia demonstrationis fumere. Illi vero cor primum omnium effe formatum affirmantes, cum neque ex diffectione evidens quiddam, unde inventionis initium fumpferint, neque rationalem quandam aliam demonftrationem poffent afferre, ignorantiam ignorantiae annectunt, dicuntque alia omnia ex corde ortum habere, effeque id, ficut generationis ipforum, ita quoque adminiftrationis auctorem. Antea quidem, quum anatome nondum ut nunc effet cognita, dubitare fortaffe par erat non abfque ratione de principio, quod per nervos et fenfum et motum animalis partibus transmittit. Hoc vero tempore, quo jam de harum affectionum curatione inter plerosque anatomicos convenit, et ab omnibus medicis diuturna ac confentiente experientia comprobata eft, nullufque magis in infanientibus abfque febre, in atra bile agitatis, in iis, qui mente aut memoria quomodocunque laefi fuerint, in phreniticis cum febre, in lethargicis, comitialibus, attonitis, capitis curam

Ed. Chart. V. [293. 294.] Ed. Baſ. I. (217.)

τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐπιμελείας, αὐτοὶ μόνοι ζητοῦσιν ἔτι τὰ σαφῶς γιγνωσκόμενα πᾶσι τοῖς εὑρεῖν αὐτὰ βουληθεῖσιν. ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις ἔν γε τῷ παρόντι, δέδεικται γὰρ ἑτέρωθι, περὶ ὧν ἀχρήστως ὡς πρὸς τὸ τέλος εἰς μακρὰς ζητήσεις ἐνέβαλον ἑαυτοὺς ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, οὐδὲ πιθανὴν πρόφασιν εὑρεῖν τῆς ζητήσεως αὐτῶν δυνάμενοι, καθάπερ οἱ θεωρητικοὶ ὑποθέμενοι τὴν εἴτε φιλοσοφίαν χρὴ λέγειν εἴτ' εὐδαιμονίαν.

Κεφ. ε'. [294] Ὃ δὲ προσθεῖναι τοῖς προειρημένοις ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀγνοούμενον καὶ αὐτὸ τοῖς γενναίοις φιλοσόφοις, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ ἐξ ἀνατομῆς φαινόμενα, καιρὸς ἤδη μοι φράσαι, τὴν ἀρχὴν ἀφ' ὧν Ἡρόφιλος ἔγραψε ποιησαμένῳ. τὰς γὰρ ἀνατομικὰς διηγήσεις ἀξιοῖ μηδεμίαν ἐκ τοῦ φάναι τόδε τι μόριον ἐκ τοῦδε πεφυκέναι πρόληψιν ἐργάζεσθαι πρὸς τὰ δόγματα, καθάπερ ἔνιοι κακῶς ἀκούοντες ποιοῦσιν· ἐξ ἄλλων γὰρ φαινομένων τὰς διοικούσας ἡμᾶς εὑρίσκεσθαι δυνάμεις, οὐκ ἐξ αὐτῆς ἁπλῶς τῆς θέας τῶν

habendam non cenſet, ſoli ipſi adhuc inquirunt haec, quae omnibus, qui modo invenire ipſa voluerint, manifeſte cognoſcuntur. Sed de his in praeſentiarum ſatis; alibi enim dicta ſunt, de quibus nonnulli philoſophi inutiliter, ſi finem reſpicias, diſſertantes longis quaeſtionibus ſeſe intricarunt, quum nullam ne probabilem quidem quaeſtionis ipſorum occaſionem invenire poſſent, perinde ac theoretici, qui proponunt ſive philoſophiam ſive beatitudinem dicere oporteat.

Cap. V. Nunc iam tempus eſt, ut id, quod antedictis adiici neceſſarium eſt, explicemus, generoſis his philoſophis et ipſum ignotum, ut caetera, quae ex diſſectione apparent, ab Herophili ſcriptis exorſi, qui anatomicas narrationes cenſet ex eo, ſi dicas, hanc partem ab illa originem traxiſſe, nullam ad decreta ſtatuenda occaſionem afferre, quemadmodum prave intelligentes nonnulli faciunt; ex aliis enim apparentibus facultates nos adminiſtrantes, non ex ipſa ſimpliciter membrorum inſpectione inveniri.

μορίων. διορισμῶν δέ τινων ὁ λόγος οὗτος χρήζει, λελεγμένων μὲν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ τὸν Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων ὑπομνήμασιν, ἐν κεφαλαίοις δὲ καὶ νῦν ἀναγκαίοις οὖσι λεχθῆναι. πρῶτος μὲν οὖν διορισμός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἀποτεμνομένων ἢ βρόχῳ διαλαμβανομένων (218) ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν καὶ νεύρων, ἐφ᾽ ὧν ὁρᾶται τὰ μὲν ἐπὶ θάτερα μέρη τῶν βρόχων ἐνεργοῦντα τὰς οἰκείας ἐνεργείας, τὰ δ᾽ ἀπολλύντα τελέως. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο κἀπὶ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ φαινόμενον ἐναργῶς ἰδεῖν ἔστιν. διαιρεθέντος γὰρ αὐτοῦ κατά τινα τόπον τῆς ῥάχεως, ὅσα μὲν ἀνωτέρω τῆς ἀπ᾽ αὐτοῦ πέφυκε νεῦρα, διασώζοντα φαίνεται τήν τε κίνησιν καὶ τὴν αἴσθησιν, ὅσα δὲ κατωτέρω, πάντ᾽ ἀπολλύντα παραχρῆμα. δῆλον οὖν ἐκ τούτου γίνεται, τὰς δυνάμεις ταύτας ἄνωθεν ἐπιῤῥεῖν αὐτῷ παρ᾽ ἐγκεφάλου. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅταν, ἀρτηρίας ἡστινοσοῦν βροχισθείσης, ὅσα μὲν ἀνωτέρω τοῦ βρόχου συνεχῆ τῇ καρδίᾳ φαίνεται σφύζον, ὡς ἔμπροσθεν, ἄσφυκτον δ᾽ αὐτίκα γίνεται τὸ ἄλλο, πρόδηλον δή που κἀνταῦθα ταῖς ἀρτηρίαις ἀπὸ τῆς καρδίας τὴν ἀρχὴν εἶναι τῆς κινήσεως. αὕτη μὲν οὖν

Verum haec oratio diſtinctionibus quibuſdam indiget; quas etſi in commentariis de Hippocratis et Platonis placitis uberius explicuerimus, nunc tamen eas ſummatim perſtringere neceſſe eſt. Prima igitur diſtinctio ſumitur ab arteriis, aut venis, aut nervis, vel praeſectis, vel laqueo interceptis, in quibus altera a laqueo ſita pars functiones proprias retinet, altera penitus amittit. Idem etiam in ſpinali medulla evidenter apparet; nam ſi aliquo in loco ſpina dividatur, qui supra inciſionem ab ipſa prodeunt nervi, ſenſum et motum integrum ſervant, qui inferius ſunt, omnes protinus amittunt. Qua ex re facultates has deſuper a cerebro in ipsam influere cuivis perspicuum eſt. Simili ratione, quum arteriae cujuslibet laqueo conſtrictae pars, quae cordi continua supra vinculum exiſtit, pulſare, ſicut prius, apparet, alia vero, quae infra eſt, pulſu ſtatim privari; conſtat nimirum et hic arteriis originem motus a corde procedere. Hoc igitur et opti-

ἀρίστη τε καὶ σαφεστάτη κρίσις ἀρχῆς ἐνεργειῶν. ἐφεξῆς δ᾽ αὐτῆς τῶν ἐξεταζομένων σωμάτων ἡ οὐσία, πότερον ἡ αὐτὴ κατὰ πάντ᾽ ἐστὶ, ἢ διαφέρουσα παντοίως. ἡ μὲν γὰρ τοῦ νωτιαίου τε καὶ τῶν νεύρων ἡ αὐτὴ κατὰ πάντ᾽ ἐστὶ τῇ ἐγκεφάλου, καθάπερ γε καὶ ἡ τῶν περιεχόντων αὐτὰ σκεπασμάτων τῇ τῶν περιεχουσῶν μηνίγγων τὸν ἐγκέφαλον· ἡ δὲ τῶν ἀρτηριῶν οὐδὲν οὐδ᾽ ἐγγὺς ἔχουσα τῇ τῆς καρδίας οὐσίᾳ, καθάπερ οὐδὲ ἡ τῶν φλεβῶν τῇ τοῦ ἥπατος. ὅταν μὲν οὖν ἡ αὐτὴ φαίνηται, πρόδηλόν ἐστιν ἀποβλαστήματ᾽ εἶναι τὰ λεπτότερα τῶν παχυτέρων, οὐ δυνάμενα γεννηθῆναι χωρὶς ἐκείνων, ὥσπερ οὐδ᾽ οἱ κλάδοι χωρὶς τοῦ στελέχους. ὅταν δ᾽ ἄλλη μὲν ἡ τῆς φλεβὸς οὐσία φαίνηται σαφῶς, ἄλλη δ᾽ ἥ τε τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος, ἄδηλόν ἐστιν, ὅσον ἐπὶ τοῖσδε τοῖς φαινομένοις, εἴτ᾽ ἐκ καρδίας ἡ κοίλη φλὲψ ἐκπεφυκυῖα τὴν ἔκφυσιν εἰς ἧπαρ παρέσχηκεν, εἴτ᾽ ἐξ ἥπατος ἔχουσα τὴν ἀρχὴν εἰς τὴν καρδίαν καταπέφυκεν, ἢ τούτων μὲν οὐδέτερον, ἄλλο δέ τι τρίτον ἐστὶ μόριον ἀρχὴ τῆς φλεβὸς ταύτης. ὥστ᾽ εἰκότως ἐπὶ μὲν

mum eft et clariffimum principii functionum indicium. Poft iftud, utrum corporum, de quibus eft quaeftio, fubftantia in omnibus eadem fit, an prorfus diverfa. Etenim fpinalis medullae et nervorum fubftantia in omnibus cerebro refpondet, ficut et horum operimenta cum cerebri operimentis, quas meningas dicunt, eadem funt. Verum arteriarum fubftantia ne prope quidem ad cordis, ficut nec jecoris ad venarum naturam accedit. Quum igitur eadem effe appareat, liquet, tenuiora a craffioribus fuiffe propagata, ut quae gigni absque illis, quemadmodum nec rami absque caudice, minime possint. At quum alia venae, alia cordis et jecoris fubftantia manifefte deprehendatur, incertum relinquitur, quantum ad haec apparentia fpectat, an ex corde exorta cava vena in jecur inferatur, an a jecore procedens in cor infinuetur, an horum neutrum fit, fed alia quaedam tertia pars venae hujus origo exiftat. Quare non iniuria de hujus jecorariae venae

τῆς ἡπατίτιδος φλεβὸς ἐζήτηται τοῖς ἀνατομικοῖς ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως, περὶ δὲ τῶν νεύρων ὡμολόγηται, κἂν εὑρεθῇ τὸ ἧπαρ ἀρχὴ τῆς γενέσεως τῇ κοίλῃ φλεβὶ, καὶ οὕτως ἄδηλον, ὅσον ἐπὶ τῷδε, πότερον, ὥσπερ ἐγένετο πρότερον, οὕτω καὶ τῆς ἐν τοῖς τελείοις διοικήσεως ἀρχὴ καθέστηκεν, ἢ παρ᾽ ἄλλου τινὸς αὐτοῖς τοῦθ᾽ ὑπάρχει. [295] διορισθῆναι δὲ χρὴ καὶ περὶ τοῦ, πότερον τὰ μεγάλα τῶν ἀγγείων ἀρχαὶ τοῖς μικροῖς εἰσιν, ἢ τὰ μικρὰ τοῖς μεγάλοις· ἡμάρτηται γάρ τι καὶ περὶ τῶνδε τῶν ἰατρῶν ἐνίοις, ὥσπερ καὶ τῷ φάντι, τῶν εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ἔντερα καθηκουσῶν φλεβῶν ἀρχὴν εἶναι τὰ πέρατα, μηδ᾽ ἐπινοηθῆναι δυναμένης τοῖς πέρασι τούτοις τῆς γενέσεως ἄνευ τοῦ τὴν ἐκ τοῦ χορίου φλέβα παραγενομένην εἰς ἧπαρ ἀπόφυσιν ἑαυτῆς πέμψαι διανεμηθησομένην εἰς αὐτά. εὔλογον γάρ ἐστιν ἐκ τοῦ φαινομένου τούτου λογίζεσθαι, τὰς μὲν ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν φλεβῶν ἀρχὰς ἐοικέναι τοῖς ἐπὶ τῶν δένδρων πέρασι τῶν ῥιζῶν, στελέχει δέ τινι τὴν εἰς ἧπαρ ἀφικνουμένην δι᾽ ὀμφαλοῦ, καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ ζῶον ὁρώμενα πέρατα τῶν φλεβῶν ἀκρέμοσιν, οὐ

origine ab anatomicis quaeſitum eſt, de nervorum autem principio inter omnes convenit. Et ſi jecur cavae venae origo eſſe inveniretur, ſic quoque in dubio eſſet, quantum ad hoc, utrum, ſicut prius fuit, ita quoque in perfectis gubernationis principium ſit, an ab alio quodam hoc ipſis contingat. Diſtinguendum autem eſt, magnane vaſa parvorum, an parva magnorum principia ſint; nam in hoc quoque a nonnullis medicis erratum est, quemadmodum ab eo, qui venarum, quae in ventrem et inteſtina pertingunt, fines eſſe originem dicebat, qui quidem fines ne excogitari quidem poſſunt, niſi etiam vena, quae in chorio ad jecur tendit, propaginem in ipſa diſtribuendam emiſerit. Conſentaneum igitur eſt, ex eo, quod apparet, inferre, venarum initia, quae in utero ſunt, extremis radicum arborum fibris, venam, quae ad jecur per umbilicum tendit, trunco aſſimilari. Quae quum ita ſe habeant, omnes quae in corpore ſunt animalis fines venarum ſur-

Ed. Chart. V. [295.] Ed. Baſ. I. (218.)
ῥίζαις, ἀνάλογον ἔχειν. ἐπεχείρησα δέ ποτε καὶ περὶ τοῦδε τοῦ λόγου διασκέψασθαι, καθ᾽ ὃν ἐγχωρεῖ φάναι τρόπον, πρώτους ἁπάντων ἐκ τοῦ σπέρματος γενέσθαι τοὺς χιτῶνας τῶν δύο τούτων ἀγγείων, ἃ καὶ τοῖς ἐμβρύοις καὶ τοῖς τελείοις φαίνεται τὰ μέγιστα· λέγω δὲ τήν τε μεγάλην ἀρτηρίαν καὶ τὴν μεταξὺ τοῦ ὀμφαλοῦ τε καὶ τοῦ ἥπατος φλέβα· καὶ τούτων σχιζομένων, τὰς κατὰ τὸ χορίον γεννᾶσθαι, κἄπειτα τούτων τὰ πέρατα τοῖς ἐπὶ τῶν δένδρων ἐοικέναι πέρασι τῶν ῥιζῶν. ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὔτε τὸ ἧπαρ οὔθ᾽ ἡ καρδία φαίνεται πρῶτα γιγνόμενα. δεῖται γὰρ δή που προφανῶς εἰς τὴν γένεσιν αἱματικῆς οὐσίας, ἣν διὰ τῶν ἀγγείων ἐκ τῆς μήτρας ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀφικνεῖσθαι. πάλιν οὖν, ὅπερ ἤδη καὶ πρόσθεν ἔφαμεν, τὸ μὲν σπέρμα τὸν τοῦ δημιουργοῦ λόγον ἕξει, τὰ δ᾽ ἀγγεῖα, δι᾽ ὧν ἐπισπᾶται παρὰ τῆς κυούσης αἷμα πρὸς τὴν τῶν σπλάγχνων γένεσιν, ἁπάντων πρῶτα γεννηθήσονται, δεύτερα δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἧπάρ τε καὶ καρδία, καθάπερ οἰκίας θεμέλιον καὶ πλοίου τρόπις. ἐν ᾧ δὲ χρόνῳ διαπλάττει ταῦτα ἡ ἐν τῷ

culis, non radicibus, reſpondebunt. Jam ego quoque aliquando rationem hanc conſiderare ſum conatus, quomodo liceret dicere, primas omnium e ſemine tunicas fuiſſe procreatas duorum horum vaſorum, quae in foetibus et in perfectis maxima habentur; intelligo magnam arteriam et venam, quae inter umbilicum et jecur eſt; et his diſciſſis ea, quae in chorio ſunt, *omnia* generari, deinde horum extrema arborum radicum finibus comparari. Verum hac quoque ratione nec jecur nec cor primo naſci videntur, ut quae ſanguinea ſubſtantia plane ad ſui conſtitutionem indigeant, quam per vaſa ex utero afferri necesse eſt. Unde rursus, quemadmodum ſuperius etiam dicebamus, ſemen opificis rationem ſubibit, vaſa vero haec, quibus ſanguinem ex praegnante attrahi ad viſcerum procreationem neceſſe eſt, omnium prima generabuntur, deinde autem poſt ipſa jecur et cor, quemadmodum domus fundamentum et navigii carina. Quo vero tempore ſeminis vis haec format, quaedam etiam

σπέρματι δύναμις, εὔλογον δή που καὶ ἄλλα τινὰ διαπλάττεσθαι, παρακείμενά τε τοῖσδε καὶ μεταξὺ κείμενα τούτων τε καὶ τῆς μήτρας. οὐδέποτε γὰρ εἰκὸς ἵστασθαι τὴν περὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα διαπλάττουσαν δύναμιν, ἀλλὰ πᾶσαν δύναμιν ἅπασιν ἅμα τοῖς μέρεσιν ἐπιφύειν τε καὶ προσαύξειν. οὐκ οὖν ἀποστήσεται τῆς τῶν ἄλλων δημιουργίας ἡ διαπλάττουσα τὰ ζῶα φύσις, ἀλλὰ τάς τε φλέβας, ὥσπερ γε καὶ τὰς ἀρτηρίας, ἀεὶ προάξει κατασχίζουσα, ταύταις τε τἄλλα σπλάγχνα, καθάπερ ἧπάρ τε καὶ καρδίαν ἐλέχθη παραφύειν, ἅμα καὶ τὸ σχῆμα τὸ πρέπον καὶ θέσιν, ὅσα τἄλλα τοιαῦτα προσήκει τοῖς μορίοις ἔχειν, ἀπεργάζεσθαι προσηκόντως. παντοίως οὖν ἐλέγχονται προπετῶς ἀποφαινόμενοί τινες ὑπὸ τοῦ πρώτου διαπλασθέντος μορίου τἄλλα γεννᾶσθαι. τὸ γὰρ ἐκεῖνον δημιουργῆσαν αἴτιον οὐ δή που μετὰ τὸ συμπληρῶσαι τὸ μόριον ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ κυουμένου, προστάξαν οἷς ἐποίησεν τἄλλα γεννῆσαι· κατὰ γάρ τοι τὸν λόγον τοῦτον αἱ ἀρτηρίαι καὶ φλέβες αἱ πρῶται γεννηθεῖσαι τἄλλα γεννήσουσιν. οὐ μὴν οὐδὲ φαίνονται τῆς ἥπατος ἢ καρδίας οὐσίας ἀποφύσεις οὖσαι τῶν ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν

alia verisimile est, tum his adjacentia, tum inter haec et uterum sita, formari. Nunquam enim facultatem, quae plantas et animalia fingit, sistere ac cessare credibile est, sed totam omnibus simul partibus et innasci et augeri. Nequaquam igitur, quae animalia fingit natura, ab aliarum partium fabricatione desistet, sed et venas et arterias semper scindendo producet, hisque alia viscera, sicut jecur et cor diximus, aggenerabit, simul et convenientem formam et situm, aliaque omnia, quae partes singulas habere convenit, decenter efficiet. Omnibus igitur modis convincuntur isti, qui temere ab ea parte, quae prima fuerit formata, reliquas gigni pronunciant: non enim profecto opifex illa causa, ubi partem aliquam absolvit, a foetu recedit, imperans eis, quae fecit, ut reliqua generent; hac enim ratione arteriae et venae primum generatae alia generabunt. Neque enim arteriarum et venarum corpora videntur e jecoris aut cordis substantia pro-

Ed. Chart. V. [295. 296.] Ed. Baf. I. (218.)
σώματα, καθάπερ ἐγκεφάλου τε καὶ μηνίγγων ὅ τε νωτιαῖος καὶ τὰ νεῦρα. πιθανώτατον οὖν ἐστιν ὡς ἐν ἀδήλοις ἀποφήνασθαι, τὸ τὰς ἀρτηρίας καὶ φλέβας γεννῆσαν, αὐτὸ τοῦτο κατασχίζον αὐτὰς, προσάγειν ἐπὶ πάντα τοῦ κυουμένου τὰ μέρη, περιπλάττον αὐτὰ κατὰ τοὺς οἰκείους τὰ μόρια. πιθανώτατα δὲ καὶ τὰ διαπλασθέντα, τὴν τελεωτάτην ἴσχοντα συμπλήρωσιν, ἐνεργεῖν ἄρξασθαι ταῖς οἰκείαις τῆς ἑαυτῶν οὐσίας ἐνεργείαις, καὶ μήτε τοὺς νεφροὺς δεῖσθαί τινος ἄλλου μορίου πρὸς τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν, μήτε τὰς μήτρας, μήτε σπλῆνα, μήτ᾽ ἔντερα, μήθ᾽ ὅλως ἄλλο μηδὲν [296] ὄργανον φυσικόν. ἐπεὶ δὲ οὔτε κατὰ τὸ ποσὸν ἡ οὐσία διαμένει τῶν μορίων, ἀποῤῥοῆς αὐτῶν ἱκανῆς ὁσημέραι γιγνομένης, οὔτε ἡ κατὰ τὸ ποιὸν, ἀλλοιοῦται γὰρ καὶ κατὰ τοῦτο πολυειδῶς, ἐπικουρίας δεῖται τῆς ἐξ ἀλλήλων, ὅπως ἀναπληροῦται τὸ κενούμενον, ἐπανορθοῦταί τε ἀλλοιούμενον. ἅστινας ἐπικουρίας, ὅσαι τέ εἰσι καὶ ὁποῖαι, μὴ ὅτι τῶν φιλοσόφων τις εὗρεν ἀκριβῶς, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι χωρὶς ἀνατομῆς ἐπὶ τὴν ζήτησιν αὐτῶν ἧκον.

germinaſſe, ſicut e cerebro et membranis medulla ſpinalis et nervi. Quare maxime probabile eſt, quantum de incertis pronunciari licet, ipſam vim, quae arterias et venas creavit, eandem illas ſcindendo omnibus foetus partibus applicare , ipſas partes in propriis ſedibus undique collocantem. Maxime item probari poteſt, formatas partes, ubi primum perfecte abſolutae ſunt, incipere proprias ſubſtantiae ſuae functiones obire, et neque renes, neque vulvam, neque lienem, neque inteſtina, aut demum aliquam aliam partem naturalem alterius auxilio ad propriam functionem indigere. Quoniam vero partium ſubſtantia neque ſecundum quantitatem eadem permanet, quum multum quotidie ex ipſis defluat, neque ſecundum qualitatem, varias enim alterationes experitur, mutuo ſubſidio indiget, quo et exinanitum repleatur, et alteratum corrigatur. Quae quidem auxilia quot et qualia ſint, non modo philoſophorum aliquis accurate deprehendit, ſed ne medicorum quidem, qui abſque anatomes peritia

Ed. Chart. V. [296.] Ed. Baf. I. (218. 219.)

ἡ γοῦν καρδία (ταύτην γὰρ μόνην ἔνιοι διοικεῖν βούλονται τὸ ζῶον) ἐπειδὰν στερηθῇ τῆς ἀναπνοῆς, αὐτή τε παύεται κινουμένη, καὶ σὺν αὐτῇ τὸ πᾶν ζῶον ἀπόλλυται. στερίσκεται δὲ τῆς ἀναπνοῆς οὐ μόνοις τοῖς ἀπαγξαμένοις, ἢ διὰ τὴν φλεγμονὴν τῶν περὶ λάρυγγα μορίων φραχθέντος τοῦ πόρου τῆς εἰσπνοῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν κινούντων τὸν θώρακα νεύρων κακωθέντων ἤτοι διὰ τομῆς ἢ (219) θλάσεως ἢ βρόχου, ὧν ἁπάντων ἐστὶν ὁ νωτιαῖος μυελὸς ἀρχὴ, καθάπερ ἐγκέφαλος ἐκείνου. ὥσπερ οὖν ὁ ἐγκέφαλος εἰς τὴν διαμονὴν τῇ καρδίᾳ χρήσιμος ὑπάρχει, διὰ νεύρων τὸν θώρακα κινῶν, οὗ διαστελλομένου μὲν εἰσπνοὴ γίγνεται, συστελλομένου δ᾽ ἐκπνοὴ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐγκεφάλῳ παρέχει τινὰ χρείαν ἡ καρδία, καὶ τούτοις τὸ ἧπαρ, ὡς ἐν τοῖς περὶ τούτων ἀποδέδεικται λόγοις. οὐ μόνον δὲ ταῖς τρισὶ ταύταις ἀρχαῖς ὑπ᾽ ἀλλήλων ὠφελεῖσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι μορίοις. αὐτίκα γοῦν, ἵν᾽ ἀφ᾽ ἑνὸς ἀναμνήσω τὰ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ἄλλων ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων εἰρημένα, δι᾽ ἧπαρ ἐγένοντο καὶ οἱ νεφροὶ καὶ κύστεις δύο,

ad quaeftionem hanc acceffserit. Cor quippe (hoc enim folum regere animal nonnulli exiftimant) ubi refpiratione fuerit privatum, et ipfum moveri definit, et cum ipfo animal etiam totum interit. Privatur autem refpiratione non tantum fufpendio fuffocatis hominibus, aut ex inflammatione faucium infpirationis meatu obftructo, verum etiam nervis, qui thoracem movent, vitiatis vel praecifione, vel collifione, vel laqueo, qui omnes a fpinali medulla, quemadmodum ipfa a cerebro, originem habent. Sicut igitur cerebrum ad tuendum cor utile eft nervis thoracem movens, quo diftento infpiratio, contracto refpiratio fit, eodem modo cerebro ufum quendam cor ipfum praeftat, atque his utrifque jecur, ut in fcriptis de his commentariis demonftratum eft; neque haec tria tantum principia, fed omnes etiam aliae partes fibi invicem auxiliari folent. Verbi gratia, ut ex uno reliqua figillatim omnia, quae in libris de ufu partium dicta sunt, in memoriam revocem, ob jecur et renes et veficae

κατὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ σπλάγχνου τὴν ἐπίφυσιν ἡ χοληδόχος ἔχουσα, τοῖς νεφροῖς δ᾽ αὖθις ἡ οὐρηδόχος τεταγμένη, τὰ δ᾽ ἰλυώδη περιττώματα τοῦ σπλάγχνου καθαίρων ὁ σπλήν. ὅτι δὲ καὶ ἡ γαστὴρ προπέττει τῷ ἥπατι τὴν τροφὴν, ἥ τε τῶν ἐντέρων ἕλιξ ἀναδόσεως ἕνεκα ἐγένετο τῆς εἰς αὐτὰ, δέδεικται καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα πάντα τὰ καθ᾽ ἕκαστον τόπον τοῦ σώματος ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ὑπομνήμασιν, ὧν οὐδὲν οὐδ᾽ ἄχρι βραχέος ἐγνωκότες οἱ τῇ καρδίᾳ πάντ᾽ ἀνατιθέντες ἰατροί τε καὶ φιλόσοφοι τολμηρῶς ἀποφαίνονται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐπὶ πλεῖον ἢ κατὰ τὰ προκείμενα νῦν ἐκτέταται πάντα, εἰκότως τῶν ἀνατομικῶν ἰατρῶν ἀγανακτούντων ἐφ᾽ οἷς οὐ μόνον ἀποφαίνονταί τινες ὑπὲρ ὧν οὐκ ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ θρασέως ἐπιτιμῶσι τοῖς ἐπισταμένοις· οἵ γε νομίζουσι, τὸ πρῶτον διαπλασθὲν ὑπὸ τῆς φύσεως μόριον αὐτὸ διαπλάττειν τἄλλα, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὴν καρδίαν, οὐ μόνον ἀπατώμενοι κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς ἀποφάσεις, ἀλλὰ κᾂν συγχωρηθῇ, μὴ μόνον ἁπάντων πρώτην

duae factae ſunt, quae bilem recipit, ipſi viſceri innexa, quae vero urinam, ad renes collocata, faeculenta autem viſceris excrementa lien expurgat. Quod autem et ventriculus jecori praecoquat alimentum, quodque inteſtinorum anfractus digeſtionis, quae ipſa inteſtina ſit, cauſa fuerit effectus, ſatis indicatum eſt, aliaque omnia, quae in unaquaque corporis parte habentur, in commentariis de uſu partium; quorum nihil ne paululum quidem agnoverant illi tum medici, tum philoſophi, qui omnia cordi attribuentes arroganter pronunciant. Verum haec prolixius etiam fortaſſe, quam praeſens inſtitutum exigebat, protracta ſunt omnia; quanquam merito diſſectionis periti medici indignentur, quod nonnulli non modo de iis, quae ignorant, proferre ſententiam, verum etiam jactabunde eos, qui ſciunt, increpent; qui quidem primo a natura formatam partem reliquas formare cenſent, atque hanc eſſe cor, non tantum in duabus his ſententiis decepti, ſed quamvis etiam ipſis concedatur, et primum omnium

διαπλάττεσθαι τὴν καρδίαν, ἀλλὰ καὶ τἄλλα διαπλάττειν αὐτὴν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον, τοῖς δὲ τὰς ἐν τοῖς τελείοις ζώοις ἐνεργείας ὑπ᾽ ἐκείνης γίγνεσθαι, οὐδὲ ταὐτόν ἐστιν ἢ γενέσεως ἢ διοικήσεως ἀρχὴν εἶναί τι.

Κεφ. ς΄. [297] Μεταβάντες οὖν ἐπὶ τὸ μάλιστα προκείμενον ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ δείξομεν αὐτοὺς μηδὲ τὰ πρὸς τῶν ἰατρῶν ἐζητημένα καλῶς ἀξιώσαντας ζητῆσαι, ἀλλ᾽ οἰομένους, ἐὰν εἴπωσιν, ὑπὸ τῆς φύσεως διαπλάττεσθαι τὸ κυούμενον, οὐμενοῦν εἰρηκέναι μηδὲν πλέον ὀνόματος ἅπασι συνήθους. οὐδεὶς οὖν οὕτως ἐστὶν ἐννεὸς, ὡς μὴ νοεῖν, εἶναί τινα τῆς τοῦ κυουμένου γενέσεως αἰτίαν, ἣν ὀνομάζομεν ἅπαντες φύσιν, ἀγνοοῦντες αὐτῆς τὴν οὐσίαν. ἐγὼ δ᾽, ὥσπερ ἔδειξα, τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος ἡμῶν ἄκραν ἐνδείκνυσθαι τοῦ ποιήσαντος αὐτὸ σοφίαν τε ἅμα καὶ δύναμιν, οὕτως εὔχομαι δεῖξαί μοι τοὺς φιλοσόφους τὸν διαπλάσαντα, πότερον θεός τίς ἐστι σοφὸς καὶ δυνατὸς, ὡς ἐννοῆσαι μὲν πρότερον, ὁποῖον ἑκάστου ζώου προσήκει κατασκευασθῆναι τὸ σῶμα, δεύτερον δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καθ᾽ ἣν ἃ

cor fuiffe procreatum et reliqua ipfum procreaffe, non neceffario tamen fequitur, ut functiones in adultis animalibus ab illo fiant, neque enim idem generationis et difpenfationis principium exiftit.

Cap. VI. Sed jam ad id, quod praecipue eft in hac difputatione propofitum, digreffi iftos ipfos oftendemus ne illa quidem, quae a medicis inquiruntur, recte fuiffe perfcrutatos, fed putare, fi a natura foetum formari dicant, nihil fane fe amplius quam nomen omnibus confuetum dixisse. Nemo enim tam ftolidus eft, ut non intelligat, quandam foetus generationis caufam effe, quam omnes naturam appellamus, quae ejus fit fubftantia, ignorantes. Ego vero, ficut oftendi, corporis noftri ftructuram fummam ejus, qui illud fabricatus eft, et fapientiam fimul et poteftatem repraefentare, ita velim mihi philofophos iftos opificem indicare, deusne aliquis fit fapiens, qui primum fane cogitaverit, quale cujufque animantis corpus fingere conveniret, deinde potentiam ipfius, qua quae pro-

Ed. Chart. V. [297.] Ed. Baf. I. (219.)

προὔθετο κατεσκεύασεν, ἢ ψυχή τις ἑτέρα παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ· οὐ γὰρ δὴ τῆς ὀνομαζομένης φύσεως τὴν οὐσίαν, εἴτ᾽ ἀσώματός τίς ἐστιν, εἴτε σωματικὴ, σοφίας εἰς ἄκρον ἥκειν ἐροῦσιν, ἥν γε μηδ᾽ ὅλως ἔχειν φασὶν, οὕτω τεχνικῶς ἐνεργῆσαι περὶ τὴν τῶν ἐμβρύων διάπλασιν οἷόν τε πεισθῆναι. τοῦτο γὰρ Ἐπικούρου τε καὶ τῶν ἄνευ προνοίας ἅπαντα γίγνεσθαι νομιζόντων ἀκούοντες οὐ πειθόμεθα. καὶ μὴν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢ κατά τινα κίνησιν ἄλογόν τε καὶ ἄτεχνον εἰς χρηστὸν τέλος ἀφικνεῖσθαι τὴν διάπλασιν τῶν ἐμβρύων, ἢ, καθάπερ οἱ τὰ θαύματα κατασκευάζοντες, ἀρχὴν κινήσεως αὐτοῖς παρασχόντες, ἀπέρχονται μὲν αὐτοὶ, τὰ δὲ κατασκευασθέντα μέχρι τινὸς οὐ πολλοῦ χρόνου κινεῖται τεχνικῶς, οὕτω καὶ τὰ σπέρματα τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζώων κατασκευάσαντας τοὺς θεοὺς εἰς τοσαύτην διαδοχὴν κινήσεων ἐπιτήδεια μηδὲν ἔτι πράττειν αὐτούς. ἀλλὰ τὸ μὲν πρότερον ἐλέγχειν οὐ χρήζω, κατεγνωσμένον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐστί μοι μάλιστα· τὸ δεύτερον δ᾽ ἐπισκεπτέον ἀκριβέστερον, εἰ δυνατόν ἐστιν ὑγρότητι τοιαύτῃ,

poſuit abſolvit, an anima quaedam a divina differens; non enim naturae dictae ſubſtantiam, ſive corporea, ſive incorporea ſit, ſumme prudentem eſſe dictitant; quam tam artificioſe foetuum formationem moliri nulla ratione perſuaderi poſſe pronunciant. Hoc enim ab Epicuro et iis, qui citra providentiam omnia fieri arbitrantur, audientes non credimus. Atqui neceſſarium eſt, aut ex motu quodam irrationali et inartificioſo foetuum formationem optimum finem conſequi, aut, quemadmodum qui miracula moliuntur, ubi motus initium ipſis exhibuerint, ipſi quidem diſcedunt, opificia vero ipſa ac machinae aliquouſque non multo tempore artificioſe moventur, ita etiam deos, poſtquam ſtirpium animaliumque ſemina in tantam motuum ſucceſſionem idonea praepararint, nihil praeterea ipſos agere. Verum priorem opinionem convincere opus non habeo, ut quam hi ipſi, ad quos potiſſimum haec mihi disputatio inſtituta eſt, damnarint; alteram accuratius inſpiciendam cenſeo, an fieri poſſit, ut talis hu-

οἷα γοῦν φαίνεται κατὰ τὴν γονὴν, εἰς τοσοῦτον ἀριθμὸν ἀλλήλας διαδεχομένων κινήσεων, μηδὲν ἁμαρτεῖν ἄχρι τοῦ προσήκοντος τέλους. ὥσπερ γὰρ ἄριστον τὸ κατὰ τύχην ἐν τοσούτῳ πλήθει μορίων ἁμαρτηθῆναι μηδὲν, οὕτω καὶ τολμηρὸν τὴν ἀκολουθίαν τῆς κινήσεως γενέσθαι τεχνικὴν ὑπό τινος οὐσίας ἀλόγου, καθάπερ αὐτοί φασιν. ἔτι δὲ θαυμαστότερον τὸ διὰ παντὸς τοῦ βίου γιγνόμενον, ἁπάντων ἡμῶν ὁρώντων, ὅτι οὐδεὶς τῶν τὴν φυσιολογίαν ἀπαγγελλομένων οὔτε κατενόησεν, οὔτε ἐζήτησεν, ὅπως γίγνεται. τί δὲ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ κατὰ τὰς ἐνεργείας τῶν μορίων; ἕνεκα δὲ σαφηνείας ἐφ᾽ ἑνὸς ἢ δευτέρου παραδείγματος ὁ λόγος περανθήσεται. προκεχειρήσθω δὴ πρότερον μὲν ἄκρα χεὶρ, ἔχουσα δακτύλους πάντας συγκειμένους ἐκ τριῶν ὀστῶν, ἀλλήλοις διηρθρωμένους. ἐφ᾽ ὧν, οἶμαι, πρότερον ἄμεινον ἦν γυμνάσασθαι τοὺς μέλλοντας εὑρήσειν τὰ κατὰ τὸν οὐρανὸν καὶ σύμπαντα τὸν κόσμον ὅπως κατεσκεύασται, διὰ τίνων ὀργάνων ἡ κίνησις αὐτοῖς γίγνεται, πῶς ποτὲ μὲν ἐκτεινομένων κατὰ

miditas, qualis in genitura apparet, in tanta motuum mutuo se excipientium serie nihil aberret, donec congruum finem fuerit consequuta. Quemadmodum enim optimum est nusquam in tanta partium copia casu delinquere, ita etiam artificiosam motus consequentiam ab irrationali quadam fieri substantia, quemadmodum ipsi dicunt, affirmare temerarium est. Hoc adhuc admirabilius, quod per totam vitam omnibus nobis videntibus accidit, quod nemo eorum, qui naturae cognitionem profitentur, vel intellexit, vel inquirere, quomodo fieret, dignatus est. Quid autem est illud, quod in partium functionibus accidit? Perspicuitatis vero causa uno aut altero exemplo absolvemus orationem. Proponatur primum manus, quae omnes digitos tribus ossibus compositos atque inter se articulis commissos habet; in quibus nimirum primum exerceri satius esset illos, qui coelum ac mundum universum erant contemplaturi, quomodo scilicet sint fabricati, quibusque instrumentis motus ipsis accederet; quomodo aliquando articu-

τὰς διαρθρώσεις ὁμοῦ τε καὶ πολλὰς, ἑκάστου τ᾽ ἐν μέρει, ποτὲ δὲ καμπτομένων εἰς πλάγια διττῶς, [298] ἤτοι πρὸς τὸν μικρὸν ἢ τὸν μέγαν δάκτυλον. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, ὅτι διὰ μυῶν ἅπασαι γίγνονται, μὴ γινωσκομένων ἡμῶν, πρὶν γυμνωθῆναι διὰ τῆς ἀνατομῆς, ἐθαύμασαν ἂν, ὅπως οὐ μόνον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ παιδία, κελευσάντων ἐκτεῖναι τόνδε τὸν δάκτυλον ἢ κάμψαι, παραχρῆμα τὸ κελευσθὲν πράττει, μηδὲ γινώσκοντα τὸν κινοῦντα μῦν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῆς γλώττης, ἐφ᾽ ἧς οὐδὲ τοῖς ἀνατομικοῖς συμπεφώνηται περὶ τοῦ πλήθους τῶν κινούντων αὐτὴν μυῶν· τοσοῦτον ἀποδέουσιν βεβαίως γιγνώσκειν τὸν ἐξηγούμενον μῦν ἑκάστης τῶν κατὰ μέρος κινήσεων. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τοῖς ἐπιμελεστέροις τῶν ἰατρῶν ἐζήτηται· καί τις ἔφη, καθάπερ τι ζῶον ἕκαστον μῦν τῆς βουλήσεως ἡμῶν αἰσθανόμενον ἐπισπᾶσθαί τε καὶ περιάγειν τὴν γλῶτταν εἰς τὸ προσῆκον σχῆμα τῆς ῥυθμιζομένης φωνῆς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἅπασι τοῖς ἄλλοις οὐ πιθανὸν εἶναι δοκεῖ. θαυμαστὸν δὲ φαίνεται, παιδίον

lis vel fimul omnibus vel privatim fingulis extenderentur, aliquando in latus flecterentur, idque dupliciter, vel ad parvum vel ad magnum digitum. Si enim noviffent, per mufculos omnes hos *motus* fieri, nobis ignorantibus, priusquam per diffectionem in confpectum veniffent, admirati fane effent, quomodo non folum nos, fed parvuli etiam infantes, quum aliquem digitum vel extendere vel inflectere jubentur, ftatim id faciant, licet moventem mufculum non cognofcant. Quod in lingua magis adhuc mirabile eft, de cujus mufculorum numero inter anatomicos non convenit; tantum abeft, ut eos, qui fingulis motionibus praefunt, certo cognofcant. Verum hoc quoque a diligentioribus medicis indagatum eft; ac quidam fuit, qui dixit, unumquemque mufculum quafi animal voluntatem noftram perfentientem attrahere ac circumducere linguam in convenientem figuram ad vocem exprimendam; atque hoc omnibus aliis probabile minime videtur. Mirum autem illud omnes putant, parvum puerulum, ubi

σμικρὸν ἀκοῦσαν τὴν ἄρτος φωνὴν, οὔτε πῶς ἡ γλῶττα σχηματίζεται γιγνῶσκον, οὔθ᾽ ὑπὸ τίνων μυῶν ἄγεται πρὸς τὰς κατὰ μέρος κινήσεις, καὶ στίχον γε ὅλον ἐφεξῆς λέγειν, πολλὰς μεταβολὰς τῆς γλώττης ποιουμένης, ἑκάστη φωνῇ προσηκούσας. ὄντων οὖν ἐν ἡμῖν πλεόνων ἢ τριακοσίων τῶν μυῶν, οὐ πιθανὸν ἕκαστον αὐτῶν ζῶον ὑπάρχειν. ὥστ᾽ ἐγὼ διὰ τοῦτ᾽ ἀποστὰς ὡς ἀπιθάνου τῆς δόξης ἐπ᾽ ἄλλην μετῆλθον, ὑφ᾽ ἑτέρων ἀνδρῶν πρεσβευθεῖσαν, ὡς, ἑλκόντων τοὺς μῦς ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν τῶν νεύρων, συμβαίνει ἕπεσθαι τῷ κατωτέρω τῶν τὴν διάρθρωσιν ἐργαζομένων ὀστῶν, εἰς ἃ τοῦ μυὸς ἐμφύεται τὸ πέρας. ἀλλὰ κἀνταῦθα πρὸς τῷ μὴ γινώσκειν ἡμᾶς, ὅντινα τῶν μυῶν ἐπισπᾶσθαι χρὴ, ἔτι καὶ τὸ μέγεθος αὐτῶν ἀντιμαρτυρεῖ, σμικροτάτων νεύρων εἰς τοὺς μῦς ἐμφυομένων, ἃ μήτ᾽ ἐπὶ ζῶντος τοῦ ζώου φαίνεται κινούμενα κατὰ τὰς προαιρετικὰς ἐνεργείας, ὥσπερ οἱ μύες, (220) ἀλλὰ μηδὲ τεθνεῶτος ἑλκόμενα διὰ τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐπισπᾶσθαι φαίνεται τοὺς μῦς, ὥσπερ ἐκεῖνοι

audiverit hanc vocem, panis, quum neque quomodo lingua figuretur cognofcat, neque a quibus mufculis ad fingulas vocum motiones agatur, eam, imo totum etiam deinceps verfum exprimere; in qua re lingua multas mutationes fingulis vocibus accommodatas moliatur. Caeterum quum plures quam trecenti mufculi in nobis fint, non eft fane credendum, unumquemque ex ipfis animal effe. Ab hac igitur opinione utpote abfurda ego digresfus ad aliam ab aliis viris celebratam defcendi, nempe a nervis ad originem fuam mufculos trahi, atque hinc fieri, ut ad eorum attractionem inferior offium, quae articulos conftituunt, pars, cui mufculi caput inferitur, etiam fequatur. Sed hic quoque, praeterquam quod non cognofcimus adhuc, quisnam mufculus attrahendus fit, ipforum etiam nervorum magnitudo adhuc refragatur, utpote quum minimi nervi mufculis inferantur, qui neque, dum vivit animal, in voluntariis functionibus moveri, quemadmodum mufculi, apparent, imo neque in mortuo, fi noftris manibus trahamus mufculos, ficut illi articulorum

Ed. Chart. V. [298.] Ed. Baf. I. (220.)

τὰ κατὰ τὰς διαρθρώσεις ὀστᾶ. καὶ μὴν κἀκ τοῦ κινεῖσθαι τῶν μυῶν ἕκαστον οἰκείαν τῇ βουλήσει κίνησιν οὐ πιθανόν ἐστιν, ὁμοίως τοῖς θαύμασιν κατεσκευάσθαι τὸ σπέρμα, μὴ γιγνώσκειν δ᾽ αὐτὸ μηδ᾽ ὅλως παρακολουθοῦν οἷς πράττει. διὸ καὶ τῶν λεγόντων, ἑαυτοῦ περιπλάττειν τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν, ὁ λόγος ἔκ τινων φαινομένων πιθανῶς κατασκευαζόμενος ἐντεῦθεν ἀντιλογίαν ἴσχει. κατασκευάζει μὲν γὰρ αὐτὸν ἡ τῶν μερῶν τοῦ σώματος χρῆσις ἅμα τῷ γεννηθῆναι τοῖς ζώοις ὑπάρχουσα. φαίνεται γοῦν ἕκαστον ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος ἀμυνόμενον, ὃ τῶν ἄλλων ὑπερέχει, μόσχος μὲν κυρίττων, πρὶν φῦσαι τὰ κέρατα, πῶλος δ᾽ ἵππου λακτίζων οὐδέπω στερεαῖς ταῖς ὁπλαῖς, ὥσπερ γε τὸ μὲν σκυλάκιον δάκνειν ἐπιχειροῦν, καὶ εἰ μηδέπω κρατεροὺς ἔχει τοὺς ὀδόντας, ὅσα δὲ πτηνὰ τῶν ζώων ἐστὶν, ἐγχειροῦντα πέτεσθαι, καὶ εἰ μήπω δύναται. ταῦτα γὰρ ἐνδείκνυσθαι δοκεῖ, τὴν χρωμένην τοῖς μορίοις ψυχὴν ἐπίστασθαι τὴν χρείαν αὐτῶν, ὡς ἂν αὐτὴν κατεσκευακυῖαν, οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου γεγονόσι χρωμένην. ἀλλὰ διὰ τί, βουληθέντων ἡμῶν

offa trahere cernuntur. Atqui inde, quod finguli mufculi moventur, prout voluntas fuerit, non eft credibile, femen perinde ac miracula fuiffe conftructum, ignorare autem ipfum, neque, quid agat, prorfus intelligere. Nam eorum oratio, qui animam fuum fibi corpus formare dicunt, ex quibufdam apparentibus probabiliter confirmata, hinc controverfiam obtinet. Etenim ftabilit ipfam fingularum corporis partium ufus, qui, fimul dum etiam generantur, ineffe animalibus ipfis videtur: unumquodque enim animal cernimus ea praecipue parte, quae aliis praeftat, fefe defendere; vitulum fane cornu petere prius etiam, quam cornua produxerit; pullum equinum calcitrare nondum folidis ungulis; ficut catulum quoque, licet dentes non validos habeat, morfu aggredi; volucres volare conari, etfi non poffint. Haec omnia videntur fignificare, animam, quae partibus his utitur, ipfarum ufum cognofcere, quafi ipsa eas fabricarit, non ab alio fabricatis utatur. Sed cur, ubi partem aliquam movere voluerimus

κινῆσαι μόριον ἥντιναοῦν κίνησιν, εὐθέως κινεῖται, μὴ γινωσκόντων τὸν κινοῦντα μῦν αὐτὸ, τῶν ἀπορωτάτων ἐστίν. μόγις γοῦν ἐξ ἀνατομῆς ἑκάστου μυὸς εὕρηται τοῖς ἀνατομικοῖς ἡ ἴδιος ἐνέργεια. καὶ διὰ τοῦτο ἐνίοις ἔδοξεν, ἄλλην μὲν εἶναι ψυχὴν τὴν κατασκευάσασαν ἕκαστον τῶν μορίων, ἄλλην δὲ τὴν ἐξορμῶσαν ἐπὶ τὰς προαιρετικὰς ἐνεργείας. καὶ φαίνεται κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ἔτι διαμένειν ἡ διαπλάσασα [299] ψυχὴ τὰ μόρια· οὐ γὰρ οἷόν τε χρῆσθαι μὲν ἑκάστῳ προσηκόντως τὴν νῦν οὖσαν, οἴχεσθαι δὲ τὴν κατασκευάσασαν. ἄπορος οὖν ὁ περὶ τῆς διαπλασάσης τὰ μόρια ψυχῆς λόγος ἐκ πάσης λαβῆς ὑπάρχει· ἓν μόνον ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ σαφῶς ἐνδείκνυσθαι, τὴν τέχνην τοῦ κατασκευάσαντος ἡμᾶς, ἣν οὐχ οἷόν τ᾽ ἐστὶν τὸν ἐλευθέρᾳ γνώμῃ σκοπούμενον εἰς τύχην ἄλογον ἀναφέρειν. ὄντων γοῦν ἐν τῷ σώματι μυῶν πολὺ πλεόνων ἢ τῶν τριακοσίων, ὑφ᾽ ὧν κινεῖται τὰ μόρια τὰς προαιρετικὰς κινήσεις, ἕκαστος αὐτῶν καὶ σχῆμα τὸ πρέπον ἔχει,

quocunque modo, ea ftatim moveatur, licet moventem mufculum non agnofcamus, longe difficillimum eft; vix enim ex diffectione anatomicis propria uniufcuiufque mufculi functio inventa eft. Ob quod nonnulli exiftimarunt, aliam effe animam, quae unamquamque partem conftruxiffet, aliam, quae ad voluntarias functiones incitaret; atque hac ratione videtur adhuc in animalium corporibus permanere ea, quae partes effingit; non enim fieri poteft, ut ea, quae nunc adeft, convenienter fingulis utatur, ea vero, quae eft fabricata, abierit. Itaque oratio de anima hac, quae partes conformarit, omnino incerta eft minimeque probari poteft; unum illud faltem manifefte indicare mihi videtur, fcilicet opificis, qui nos condidit, artificium; quod nemo, qui modo libero animo rem perpendat, referre in irrationalem fortunam poteft. Nam quum in animalis corpore mufculi funt multo plures quam trecenti illi, qui pro voluntate partes movent, unusquifque ex ipfis et formam, et magnitudinem, et caput, et

καὶ μέγεθος, καὶ κεφαλὴν, καὶ τελευτὴν, καὶ θέσιν, ἔμφυσίν τε νεύρου καὶ φλεβὸς καὶ ἀρτηρίας, ἁρμοττόντων τῷ μυῒ κατά τε τὸ μέγεθος καὶ τὸν τόπον τῆς ἐμφύσεως, ὧν οὐδὲν ὄντων τοσούτων εὕροις ἂν μέμψασθαι· δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων τοῦτο. καὶ μὴν εἰ, τριακοσίων μορίων κατασκευῆς ἑκάστης ἐχούσης σκοποὺς ι΄, πάντα φαίνονται κατωρθωμένα, τρισχίλιοι γίγνοιντ᾽ ἂν οἱ πάντες. καὶ οὔπω λέλεκται τὸ θαυμασιώτατον ἐν ταῖς κατασκευαῖς αὐτῶν, ἴσον ἀκριβῶς εἶναι τῶν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι μυῶν τοῖς κατὰ τὰ δεξιὰ, καθάπερ γε καὶ τὰς ἀρτηρίας ταῖς ἀρτηρίαις, καὶ τὰς φλέβας ταῖς φλεψὶ, καὶ τὰ νεῦρα τοῖς νεύροις, ὥστε τοὺς τρισχιλίους σκοποὺς διπλασιάζεσθαι. τὸ δ᾽ αὐτὸ κἀπὶ τῶν ὀστῶν ἐστι, πλεόνων ὑπαρχόντων ἢ διακοσίων. καὶ γὰρ καὶ τούτων οἱ σκοποὶ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ὄντες πολὺ πλείους τῶν δέκα γίγνονται, καὶ δῆλον, ὅτι διπλασιασθέντες ἔσονται πλείους τῶν ͵δ. ἡ δ᾽ αὐτὴ τέχνη καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα πάντ᾽ ἐστὶ, καὶ ὅλως ὁπωσοῦν μόριον, ὥς, ἄν τις ἀριθμῇ τοὺς σκοποὺς τῆς κατασκευῆς, εἰς μυριάδας, οὐ χιλιάδας,

finem, et fitum admodum convenientem habet; nervusque ac vena et arteria tam apte pro mufculi magnitudine et loco inferuntur, ut nullum ex iis, quum tam multa fint, reprehendi poffit; id quod in libris de ufu partium demonftratum eft. Attamen, fi trecentarum partium ftructurae, fingulae decem fcopos obtinentes, in totum fint abfolutae, ad trium millium numerum omnes evadent; et nondum tamen, id quod maxime mirandum in harum fabricatione eft, diximus, aequales prorfus effe in finiftris partibus mufculos iis, qui in dextris funt, arteriis item arterias, venis venas, ac nervis nervos, ut tria millia fcoporum duplicanda jam fint. Idem eft in offibus, quae plura quam ducenta numerantur. Etenim et horum fingulorum fcopi quum fint longe plures quam decem, conftat, fi duplicentur, plura quam millia quatuor fore. Eadem ars in vifceribus omnibus et demum omnibus partibus fpectari poteft; ut, fi quis fcopos uniufcuiufque ftructurae numerare velit, numerus omnium integre

ἀριθμὸν ἀναχθῆναι, κατωρθωμένων εἰς ἄκρον ἁπάντων, οὓς ἐγὼ μὲν, ὡς ἔφην, οὐκ ἂν ποτε πεισθείην ἄνευ σοφωτάτου τε καὶ δυνατωτάτου δημιουργοῦ γεγονέναι. τίς δ᾽ οὗτός ἐστιν, ἐλπίζομεν ἔμπροσθεν ἀκούσεσθαι παρὰ τῶν φιλοσόφων, οἵ γε καὶ περὶ τοῦ κόσμου καὶ τῆς ὅλης γενέσεως ἀποφαίνονται· πολὺ γὰρ εἶναι ῥᾷον ἡγούμην ἐγνῶσθαι τοῦτο, ὅπως αὐτοῖς κατεσκεύασται τὸ σῶμα. καὶ μαθητήν γε ἐμαυτὸν ὑποβαλὼν ἑνὶ τῷ πρώτῳ, καθ᾽ ὃν ἐν γεωμετρίᾳ τρόπον ἀποδείξεις ἠκηκόειν, οὕτως ἤλπιζον ἀκούσεσθαι καὶ παρ᾽ ἐκείνου· γνοὺς δ᾽ αὐτὸν μὴ ὅτι γραμμικὰς ἀποδείξεις, ἀλλὰ μηδὲ ῥητορικὰς πίστεις λέγοντα, μετῆλθον ἐφ᾽ ἕτερον, ὃς καὶ αὐτὸς ἐξ ἰδίων ὑποθέσεων ἐναντία τῷ πρόσθεν ἀπεφαίνετο, καὶ τρίτην γε καὶ τετάρτην πειραθεὶς οὐδενὸς, ὡς ἔφην, ἄμεμπτον ἀπόδειξιν ἤκουσα. λυπηθεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ μεγάλως, ἐζήτησα μέχρι κατ᾽ ἐμαυτὸν εὑρεῖν τινα λόγον ἰσχυρὸν ἐπὶ ταῖς τῶν ζώων κατασκευαῖς· εἶθ᾽ εὕρισκον οὐδένα. τοῦτό γε αὐτὸ διὰ τοῦδε τοῦ γράμματος ὁμολογῶ,

absolutorum, in dena millia, non millia, redigatur, quos ego nequaquam, ut dixi, nisi a sapientissimo ac potentissimo opifice factos esse crediderim. Quis autem hic sit, sperabam me prius a philosophis esse auditurum, qui de mundo rerumque universarum generatione pronunciant; multo enim facilius, quomodo corpus constructum sit, nosci existimabam. Sed quum uni horum, qui primus obtigisset, discipulum me tradidissem, sperarenque ab eo demonstrationes, quemadmodum in Geometria didiceram, auditurum me esse, cognovissemque eum non modo non geometricas (*lineares*) demonstrationes, sed ne oratorias quidem argumentationes callere, ad alium me contuli, qui etiam ipse ex propriis argumentis contraria iis, quae a priori audiveram, pronunciabat; quumque et tertio et quarto fuissem expertus, nullius rei (ut dixi) potui inculpatam aliquam demonstrationem audire. Quamobrem maximo dolore affectus mecum ipse coepi investigare, an aliquam de structura animalium validam rationem possem invenire; ac nullam deinde inveni; id

παρακαλῶν τοὺς περὶ ταῦτα δεινοὺς τῶν φιλοσόφων ζητήσαντας, εἴ τι σοφὸν εὑρίσκοιεν, ἀφθόνως ἡμῖν αὐτοὺς κοινωνῆσαι. ὅταν γὰρ θεασώμεθα τὰ παιδία φθεγγόμενα μὲν, ἅττ᾽ ἂν αὐτοῖς φθέγξασθαι κελεύσωμεν, οἷον, εἰ τύχῃ, σμύρναν, καὶ σμίλην, καὶ σμῆγμα, μήτε τοὺς κινοῦντας ἐπιτηδείως τῇ τοιαύτῃ φωνῇ τὴν γλῶτταν μῦς ἐπιστάμενα, μήτε πολὺ μᾶλλον ἔτι τὰ τούτοις αὐτῶν νεῦρα, πιθανώτατον μὲν ἡγοῦμαι, τὸν διαπλάσαντα τὴν γλῶτταν, ὅστις ποτ᾽ ἐστὶν, ἢ αὐτὸν ἔτι διαμένειν ἐν τοῖς διαπλασθεῖσι μορίοις, ἢ ζῶα τὰ μόρια κατεσκευακέναι, γνωρίζοντα τὸ βούλημα τοῦ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἡγεμονι[300]κοῦ. τούτου δ᾽ ἀκόλουθον εὑρίσκων, ἄλλην μὲν εἶναι τὴν κατὰ τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ψυχὴν, ἄλλας δὲ τὰς ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων, ἢ πάντως γε μίαν κοινὴν τὴν ἅπαντα διοικοῦσαν, εἰς ἀπορίαν ἔρχομαι, μηδ᾽ ἄχρι δυνατοῦ ἐπινοίας, μήτι γε βεβαίας γνώσεως, εὑρίσκων τι περὶ τοῦ διαπλάσαντος ἡμᾶς τεχνίτου. καὶ γὰρ ὅταν ἀκούσω τινῶν φιλοσόφων λεγόντων, τὴν ὕλην ἔμψυχον

quod hoc in libro fateor ingenue, peritos hac in re philoſophos hortatus, ut, ſi quid titulo ipſorum dignum invenerint, nobis id velint ſine invidia communicare. Nam quum puerulos videamus ſonare, quaecunque eos juſſerimus, verbi cauſa ſmyrnam, ſcalpellum, ſmegma, neque tamen muſculos, qui linguam commode, ut haec vox exigit, movent, multo minus etiam nervos cognoſcere, maxime probabile exiſtimo eſſe, illum, qui linguam noſtram finxit, quicunque is fuerit, vel ipſum adhuc in formatis partibus permanere, vel partes ipſas animantia conſtituiſſe, quae voluntatem principis partis animae noſtrae cognoſcerent. Sed quum hinc ſequi videam, aliam eſſe principis partis noſtri animam, aliam, quae in ſingulis partibus eſt, vel prorſus unam eſſe communem, quae omnia gubernet, adeo dubius haeſito, ut ne vel quod fieri poſſit intelligam, tantum abeſt, ut rectam cognitionem aliquam de artifice, qui nos finxit, habeam. Quum enim audio, quosdam philoſophos dicere, materiam animatam, quae ab

ρῦσαν ἐξ αἰῶνος, ἀποβλέπουσαν πρὸς τὰς ἰδέας, ἑαυτὴν κοσμεῖν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐννοῶ, μίαν εἶναι δεῖν ψυχὴν, τήν τε διαπλάσασαν ἡμᾶς καὶ τὴν νῦν χρωμένην ἑκάστῳ τῶν μορίων. ἀνθίσταται δὲ τούτου πάλιν ἡ ἄγνοια τῆς διοικούσης ἡμᾶς ψυχῆς τῶν ὑπηρετούντων ταῖς ὁρμαῖς αὐτῆς μορίων. οἱ γὰρ ἐπιχειρήσαντες εἰπεῖν περὶ τῶν στοιχειωδῶν φωνῶν ἄχρι τοσούτου προῆλθον, ὡς ἀποφήνασθαι, τήνδε μέν τινα γίγνεσθαι στηριζομένης τῆς γλώττης πρὸς τοὺς τομέας ὀνομαζομένους ὀδόντας, ἤτοι τοὺς κατὰ τὴν ἄνω γένυν, ἢ τὴν κάτω, τοὺς δὲ πρὸς τὸν οὐρανίσκον ἀνακλωμένους, ἢ πρὸς ἄλλο τι μόριον, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἀναφερόμενον ἐκ τοῦ λάρυγγος πνεῦμα ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰς εἰς τὴν ῥῖνα συντρήσεις ἀφικνεῖσθαι, ποτὲ δ᾽ ἀνεῳγμένου τοῦ στόματος ἐκφυσᾶσθαι, καὶ ποτὲ ἀθρόου καὶ πολλοῦ, ποτὲ δ᾽ ἐλάττονός τε καὶ κατὰ βραχύ. τοὺς δὲ τὰς κινήσεις ταύτας ἐργαζομένους μῦς, οὐδεὶς οὐδὲ τοῦτο εἶπεν, ὅπου γε οὐδὲ τοῖς ἐπὶ πλεῖστον ἀνατομικῆς ἐμπειρίας ἀφικομένοις εὕρηνταί πω βεβαίως. ἀλλ᾽ οἱ μηδὲν τούτων μήθ᾽ εὑρόντες μήθ᾽

modum ſtatua magna ex aere multo, parva ex pauco. Symmetrum vero particulis utrumque eſſe nihil prohibet. Quinetiam corpus eo, quod neque denſum, neque rarum, neque durum, neque inſigniter ſit molle, neque hirſutum, neque glabrum, temperatiſſimum eſt, quantamcunque magnitudinem habuerit. Si vero partium organicarum ſymmetrias ſervet invicem, optime utique comparatum abſoluteque conſtructum ita ad functiones obeundas viderimus. Atqui juſto majus aut minus duplici cauſa redditur. Majus vel ob humoris vel materiae exuberantiam, minus propter ſiccitatem praepollentem aut materiae penuriam. Augmentum enim eſt, donec oſſa corroborentur. At corroborantur exigua magnitudine propter materiae defectum vel ſiccitatem. Quamobrem non abſolute neque magnitudo humoris, neque parvitas ſiccitatis indicium eſt. Ceſſat enim quodque ab incremento vel maturius vel ſerius duplici occaſione. Quare, ſi magnum, molle etiam ſtatim eſt, ſi parvum, durum: ſic humidum hoc, illud ſiccum. Ubi autem

ταῦτα ἀχώριστα, περιττὸν εἰς μέγεθος ἢ σμικρότητα βλέπειν· ἀρκεῖ γὰρ τὰ τῶν κράσεων ἴδια γνωρίσματα. διήρηται δὲ ἐπὶ πλέον ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεων. εἴπερ οὖν ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, τὴν ἀρίστην κατασκευὴν ἐν δυοῖν τούτοιν θετέον, εὐκρασίᾳ μὲν τῶν ὁμοιομερῶν, συμμετρίᾳ δὲ τῶν ὀργανικῶν.

haec ſeparari non poſſunt, ſupervacuum eſt ad magnitudinem vel parvitatem reſpicere. Nam temperamentorum notae propriae ſufficiunt. Porro diſputamus de iis copioſius in libris de temperamentis. Jam ſi haec ita ſe habent, optima corporis conſtitutio in duobus iſtis ponenda venit, nempe proba ſimilarium temperie, inſtrumentariarum vero ſymmetria.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΕΥΕΞΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VI. [6.] Ed. Baſ. I. (248.)

Τὸ τῆς ἕξεως ὄνομα κατὰ παντὸς ἐπιφέρειν εἰθίσμεθα τοῦ μονίμου τε καὶ δυσλύτου, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἐπαινοῦντες, ἢ ψέγοντες. ἀλλ᾽ ὅταν εὐεξίαν ἢ καχεξίαν εἴπωμεν, ἤδη τηνικαῦτα διορίζομεν, ὁποίαν τινὰ τὴν ἕξιν εἶναί φαμεν. ἀγαθὴ μὲν οὖν ἁπλῶς ἕξις ἐν ἀρίστῃ κατασκευῇ γίνεται σώματος, οὐχ ἁπλῶς δὲ καὶ καθ᾽ ἑκάστην φύσιν σώματος. ἡ μέντοι καχεξία περὶ πᾶσαν συνίσταται κατα-

GALENI DE BONO HABITV
LIBER.

Habitus nomen de omni firmo et diſſolutu difficili uſurpare conſuevimus, nihil eo magis vel laudantes, vel reprobantes. At quum bonum aut pravum habitum, ſeu euexiam ve lcachexiam diximus, jam tum, qualis ſit habitus, diſtinguimus et pronunciamus. Bonus itaque ſimpliciter habitus in optima corporis conſtitutione eſt, non vero ſimpliciter et in quaque corporis natura. Malus ſane in omni corporis ſtatu conſiſtit, ſive ſimpliciter di-

σκευὴν σώματος, εἴθ᾽ ἁπλῶς, εἴτ᾽ ἐν τῷ πρός τι λέγοιτο. χρὴ τοίνυν ἀναμνησθῆναι τῶν περὶ ἀρίστης κατασκευῆς εἰρημένων ἰδίᾳ τὸν βουλόμενον ἀκριβῶς ἐπιγνῶναι, τί ποτέ ἐστιν ἁπλῶς εἰπεῖν εὐεξία. πλάτος γὰρ ἱκανὸν ἐχούσης τῆς ὑγείας, ὡς πολλάκις ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται, τὴν μὲν ἐπίτασιν αὐτῆς εὐεξίαν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ φιλόσοφοί τε καὶ ἰατροὶ, τὴν δὲ ἔκλυσιν ἰδίῳ μὲν οὐκέτι προσαγορεύουσιν ὀνόματι, τὸ δὲ τοῦ παντὸς γένους ὡσαύτως ὑγείαν (249) καλοῦντες. ὥστ᾽ ἀρίστη τις ὑγεία ἡ εὐεξία, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἄριστα κατεσκευασμένοις γίνεται σώμασιν. εἰ γάρ τι μὴ τοιοῦτον, οὐκ ἂν δέξαιτο τὴν ἀρίστην ὑγείαν, ὥστ᾽ οὐδὲ τὴν εὐεξίαν. εἰ δὲ ἐν τῷ πρός τι, κατὰ τὴν ἑκάστου φύσιν γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο μετὰ προσθήκης λέγεται Δίωνος, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἢ Μίλωνος εὐεξία, οὐχ ἁπλῶς εὐεξία. ἡ μέν γε τοῦ Μίλωνος, καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους, καὶ ἡ τοῦ Ἀχιλλέως ἁπλῶς τ᾽ εἰσὶν εὐεξίαι καὶ χωρὶς προσθήκης ὀνομάζονται, καθάπερ καὶ

catur, ſive ad aliquid dicatur. Oportet igitur eum in mentem revocare, quae privatim de optimo ſtatu ſcripta ſunt, qui, quid tandem ſit ſimpliciter dictus bonus habitus, accurate vult cognoſcere. Nam quum latitudinem amplam ſatis habeat ſanitas, ut alibi ſaepe oſtendimus, intenſionem quidem ejus veteres tum philoſophi tum medici euexiam, remiſſionem vero proprio nondum vocabulo, ſed generali ſimiliter ſanitatem appellant. Quare bona habitudo optima quaedam eſt ſanitas, ob idque corporibus optime conſtitutis contingit. Nam quae hujusmodi non ſunt, ſanitatem optimam haud poſſunt ſuſcipere, eoque nec bonam habitudinem. Si vero aeſtimes ratione ad aliquid, in uniuscujusque natura generatur; idcirco cum additione dicitur Dionis, exempli gratia, vel Milonis habitudo bona, non autem ſimpliciter bonus habitus. Porro Milonis bona habitudo et Herculis et Achillis abſolute bonae habitudines ſunt et citra appendicem nominantur, quemad-

καλὸς μὲν ὁ Ἀχιλλεὺς ἁπλῶς, ὁ δὲ πίθηκος οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς πίθηκος καλός. ἐκ τῶν μετὰ προσθήκης ἐστὶ λεγομένων καὶ ἡ τῶν ἀθλητῶν εὐεξία, καὶ δεόντως ὑπὲρ αὐτῆς ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγεν· Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί. οὐ γὰρ δὴ τήν γε ἁπλῶς ὀνομαζομένην εὐεξίαν, ἐπειδὰν εἰς ἄκρον ἥκῃ, σφαλερὰν εἶναί φησιν. αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτό ἐστιν αὐτῇ τὸ εἰς ἄκρον ἥκειν, τὸ πασῶν τοῦ σώματος τῶν διαθέσεων ὑπάρχειν ἡ ἀσφαλεστάτη. ἀλλ' ἡ τῶν ἀθλητῶν, ἢ τῶν γυμναστικῶν, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλοι τις ὀνομάζειν εὐεξίαν, διότι μὴ ἁπλῶς ἐστιν εὐεξία ἡ ἀρίστη διάθεσις σώματος, [7] εὐλόγως εἰς ἄκρον ἰοῦσα σφαλερωτάτη γίνεται. διάθεσις γάρ, φησὶν, ἀθλητικὴ οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. τῆς μὲν οὖν ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ τελειότης εὐεξία ἐστί· τῆς δὲ τῶν ἀθλητῶν διαθέσεως οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, ὡς εὔμορφος πίθηκος, καὶ πῆχυς μέγας, καὶ ἄδικος χοῖνιξ, καὶ ἀδόκιμος δραχμή. εἴτε γὰρ ὁ πῆχυς μέγας, οὐκέθ'

modum etiam formosus Achilles absolute, simia vero non absolute bona, sed tanquam formosa simia. Ex eorum numero, quae cum appositione dicuntur, est etiam athletarum habitus. Et convenienter de ipso Hippocrates dixit: *Exercitatorum ad summum venientes euexiae periculosae.* Non enim simpliciter nominatam euexiam, quum ad summum venerit, periculosam esse scribit, (nam idem est hoc ad summum venire, quod omnium corporis dispositionum esse securissimam,) sed illam, qua athletae, vel exercitati, vel quomodocunque euexiam appellare lubet, fruuntur, quoniam non simpliciter euexia optima est corporis dispositio, eam ad summum venientem periculo maxime exponi ratio est. Dispositio siquidem, ait, athletica non natura, salubris habitus melior. Itaque sanae habitudinis perfectio euexia dicitur. Athletarum status non simpliciter, sed adjecto nomine pronunciatur, ut formosa simia, cubitus magnus, statera iniqua, reproba drachma. Sive enim cubitus magnus est, non amplius

ἁπλῶς πῆχυς, ἀλλ' ὅλον τοῦτο μέγας πῆχυς, εἴτε ἡ χοῖνιξ ἄδικος, οὐκέθ' ἁπλῶς χοῖνιξ, ἀλλ' ὅλον τοῦτο χοῖνιξ ἄδικος. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ χωρὶς τῆς προσθήκης ἁπλῶς ὀνομαζόμενον οὐ τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τῷ μετὰ προσθήκης λεγομένῳ. ἀλλ' ἐνίοτε τὸ μὲν ἄκρως ἐπαινετόν ἐστι, τὸ δὲ, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ψεκτόν· ὥσπερ γε καὶ ἡ τῶν ἀθλητῶν εὐεξία τοσοῦτον δὴ τὸ ἐπαινετὸν ἔχει, ὥστε ψέγεσθαι δεόντως, οὐχ ὑφ' Ἱπποκράτους μόνον, ἢ τῶν ἄλλων ἰατρῶν τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν ἀρίστων φιλοσόφων, ὡς καὶ Πλάτωνος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας τήν τε ἀχρηστίαν αὐτῆς ἅπασαν εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν ἐπιδεικνύντος, καὶ ὡς σφαλερὰ πρὸς ὑγείαν ἐστὶ διεξιόντος. οὐ γὰρ εὐκρασίαν ἁπλῶς τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ μέγεθος ὄγκου μεταδιώκοντος, ὃ χωρὶς ἀμέτρου πληρώσεως οὐκ ἂν γένοιτο, οὕτω καὶ σφαλερὰν αὐτὴν ἀπεργάζονται, καὶ πρὸς τὰς πολιτικὰς ἐνεργείας ἄχρηστον. ἵνα τοίνυν τῆς ὄντως εὐεξίας εἰς ἀκριβῆ

fimpliciter cubitus, fed univerfum hoc magnus cubitus erit, five ftatera iniqua eft, non fimplici magis nomine ftatera, fed totum hoc puta ftatera injufta dicetur. Eodem modo etiam in aliis omnibus, quod citra adjectionem fimpliciter nominatur, non ejusdem eft naturae cum iis, quae cum additione proferuntur. Imo interdum illud in fummo confiftens laudandum, hoc vero, fi ita eveniat, damnandum; quemadmodum etiam athletarum euexia fic collaudatur, ut jure non folum Hippocrates, vel alii veteres medici, fed philofophorum quoque praecipui eam vituperaverint. Nam Plato in tertio de Republica libro totam ejus incommoditatem in naturae functionibus, ad haec quam periculofam fanitatem reddat, abunde fatis oftendit. Non enim probam temperiem corporis fimpliciter, fed molis corporeae magnitudinem, quae fine immoderata plenitudine non fit, infectatur; fic et periculofam ipfam et ad civilia munia obeunda reddunt inutilem. Ut igitur ad revera boni habitus exactam cognitionem per-

γνῶσιν ἀφικώμεθα, παραλαβεῖν αὐτῇ χρὴ τὴν ὁμώνυμον εὐεξίαν τὴν ἀθλητικὴν, καὶ σκέψασθαι, τί ταὐτὸν ἑκατέραις ὑπάρχει, τί τε ἐναντίον. ἡ μὲν δὴ τῶν μορίων ἁπάντων τοῦ σώματος εὐκρασία κοινὸν ἀμφοῖν. οὕτω δὲ καὶ ἡ τῶν ἐνεργειῶν ἀρετὴ, καὶ εἴπερ ταῦτα, καὶ ἡ εὐχυμία. ταυτὶ μὲν τὰ κοινά. τὰ δὲ ἐναντία συμμετρία μὲν αἵματός τε καὶ τοῦ τῶν στερεῶν σωμάτων ὄγκου παντὸς ἐν ταῖς ὄντως εὐεξίαις, ἀμετρία δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ μάλιστα τοῦ σαρκώδους γένους ἐν ταῖς ἀθλητικαῖς, αἷς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸ σφαλερὸν, ἐπειδὰν εἰς ἄκρον ἀφίκηται. ὅταν γὰρ ἐσθίωσι μὲν πρὸς ἀνάγκην, πέττῃ δὲ ἡ γαστὴρ ἐῤῥωμένως, καὶ ἡ ἀνάδοσις γίνηται ἐπὶ τῇ πέψει ῥᾳδίως, αἱμάτωσίς τε καὶ πρόσθεσις, καὶ πρόσφυσις, καὶ θρέψις ἕπηται τοῖσδε, κίνδυνος ὑπερπληρωθῆναι τὴν ἕξιν, ὡς μηκέτ᾽ εἶναι τῇ φύσει χώραν προσθέσεως, κᾂν τῷδε πληρεῦνται μὲν αἵματος αἱ φλέβες ἀμέτρως, κατασβέννυται δὲ καὶ πνίγεται τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἀποροῦν τῆς

veniamus; conferenda est ei athletarum euexia simili vocata nomine; insuper inquirendum, quid utrisque commune, quid contrarium insit. Omnium itaque corporis partium proba temperies tum communis ambabus est. Sic et functionum integritas, et si haec, etiam succi probitas. Haec sane communia sunt. Contraria vero commoderatio sanguinis et totius solidarum partium molis in habitu, qui revera bonus est; immoderatio earundem, maximeque carnosi generis in athletarum euexiis, quas periculum necessario sequitur, ubi in summo consistant. Quum enim quantum necesse est edant, ventriculus valide concoquat, distributio propter coctionem ex facili fiat, sanguinis autem generatio, appositio, agglutinatio et nutritio haec consequantur, metus est, ne praeter modum habitus impleatur, ut non amplius natura habeat locum, quo appositum contineat. Atque hinc immoderate sanguine venae turgescunt; extinguitur autem et suffocatur

διαπνοῆς. εἴπερ δὲ ἔτ᾽ ἀντέχει τοῦτο, ῥήγνυταί τι τῶν ἐπικαίρων ἀγγείων, ἃ δὴ κατὰ πνεύμονά τε καὶ ἧπαρ καὶ θώρακα τέτακται. καὶ γὰρ μαλακώτερα τοῖς χιτῶσι τῶν ἐν τοῖς κώλοις ὑπάρχει ταῦτα, καὶ πρότερον τὴν τροφὴν δέχεται, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἐν αὐτοῖς φυσικῆς θερμασίας, ἔτι τε τῶν ἐνεργειῶν τὸ διηνεκὲς ὅμοιόν τι τῇ ζέσει πάσχον τὸ αἷμα τοὺς χιτῶνας αὐτῶν ἀναῤῥήγνυσιν, ὥσπερ ὁ γλεύκινος οἶνος τοὺς πίθους. ταῦτά τε οὖν οὕτω γίνεται πάντα, ταῖς ἀμέτροις πληρώσεσιν ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα, καὶ αἱ περὶ αὐτῶν ἀποδείξεις τοῖς φυσικοῖς ἕπονται λόγοις. ὅτι δὲ σβέννυται τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ὑπερπληρωθεισῶν αἵματος τῶν φλεβῶν, ἐν τοῖς περὶ χρείας ἀναπνοῆς εἴρηται, ὅτι δ᾽ αἱ φλέβες ῥήγνυνται, ἐν τοῖς ἀνατομικοῖς. οὕτω δ᾽ ἂν καὶ ὁ Ἱπποκράτης φανείη γινώσκων, οὐ μόνον ἐπειδὰν φῇ, τὴν ἐν τοῖς γυμναστικοῖς ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξίαν εἶναι σφαλερὰν, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἑτέρωθι γράφῃ. Τῷ δὲ ἐξαίφνης ἄφωνον γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες τὸ

innatus calor perſpiratu deſtitutus. Quod ſi adhuc is reſiſtat, vas aliquod jecinoris, pulmonis et thoracis praecipuum rumpitur. Etenim hic mollioribus tunicis, quam in artubus, vaſa conſtant, priusque nutrimentum ſuſcipiunt et ſanguis tum ob naturalis ipſorum caloris copiam, tum actionum continuitatem veluti fervore ebulliens, tunicas ipſorum ut muſtum dolia dirumpit. Atque haec omnia, quae immoderatas repletiones ſequuntur neceſſario, hunc in modum fiunt, et demonſtrationes eorum phyſicas comitantur ſpeculationes. Quod autem nativus calor venis ſanguine uberius repletis extinguitur, in libro de reſpirationis uſu dictum eſt. Venas autem rumpi, anatomicae inſtitutiones docent. Ita enim Hippocrates ſentire videtur, non ſolum quando dicit, *in gymnaſticis euexiam, quum ad ſummum pervenit, eſſe periculoſam*, ſed quando alibi quoque ſcribit: *Quum quis ſubito mutus redditur, venarum interceptiones corpus infeſtant.*

σῶμα λυπέουσι. τὰς γὰρ αἰφνιδίους παραλύσεις τῶν ἐνεργειῶν ἁπασῶν διὰ μιᾶς ἐπικαιροτάτης ἐδήλωσεν. ἀπολήψεις δὲ φλεβῶν τὰς ὑπερπληρώσεις εἶπεν, ἐπειδὰν ἀπορῶσιν εἰς ἀνάψυξιν διαπνοῆς.

Repentinas enim omnium functionum reſolutiones per maxime praecipuam unam indicavit. Interceptiones autem venarum immodicas repletiones dixit, quum perſpiratu ad refrigerium deſtituuntur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ.

Ed. Chart. V. [3.] Ed. Baſ. I. (342.)

Καί τις ἴσως δόξει διαφωνίας ἀξιόλογον εἶναι τῶν λεγόντων, θερμὰ μὲν εἶναι τὰ ζῶα, ψυχρὰ δὲ τὰ φυτὰ, μὴ γινώσκων, ὡς, ὅταν μὲν ἀκριβέστερόν τις ἐπεξέρχηται, πᾶν τὸ ἀκόλουθον ζητουμένῳ ἄχρι τῆς ἐσχάτης ἐπιστήμης, ὅταν δὲ περί τινος ἄλλου πράγματος σκοπούμενος ἐν παρέργῳ, περὶ τούτων τὸ πρὸς τὴν πρόχειρον αἴσθησιν θερμὸν ἢ ψυχρὸν λέγων ἀρκεῖται. Πλάτων γοῦν αὐτὸς ἔμψυχα μὲν ἀεὶ λέγει τὰ ζῶα, τοὺς λίθους δὲ καὶ τὰς πόας καὶ

GALENI DE SVBSTANTIA FACVLTATVM NATVRALIVM FRAGMENTVM.

Ac quisquam fortaſſis eorum, qui aſſerunt, calida quidem eſſe animalia, frigidas vero plantas, controverſia dignum exiſtimabit, haud intelligens, quod, ubi quis accuratius ediſſerit, id omne, quod quaeſito conſequens eſt, ad perfectam uſque cognitionem perſequitur, ubi vero de re quapiam alia cogitat obiter, de his ſatis eſt, ſi dicat calidum aut frigidum, quod pervium eſt ſenſui. Plato igitur ipſe animata quidem ſemper appellat animalia, lapides vero et herbas et ligna, atque, ut generatim dicam,

Ed. Chart. V. [4.] Ed. Baf. I. (342.)

[4] τὰ ξύλα, καὶ καθόλου φάναι τὰ φυτὰ πάντα τῶν ἀψύχων σωμάτων εἶναί φησιν. ἀλλ' ὅταν ἐν Τιμαίῳ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ὀλιγίστοις ἀκροαταῖς, κατακολουθεῖν ἐπιστημονικοῖς λόγοις δυναμένοις, ἀποχωρήσας τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων, εἰς ὅλον τὸν κόσμον ἐκτετάσθαι λέγῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, διαφωνίαν οὐ χρὴ τοῦτο νομίζειν εἶναι, τἀνδρὸς ἑαυτῷ τἀναντία λέγοντος, ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου, τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δὲ ἀκροάσεις τοῖς ἑταίροις. ὅταν γάρ τι τῶν ἐκφευγόντων ἅπασαν αἴσθησιν δόγμα πολλῶν λόγων δεόμενον εἰς ἀπόδειξιν ἀκαίρως λέγηται, προσκρούει τοῖς ἀκούουσιν. οὔκουν χρὴ περὶ τῶν τοιούτων ἀποφαίνεσθαι πρὶν τοῦ κατὰ βραχὺ διὰ μακρᾶς ἀποδείξεως ἐπὶ τὸ συμπέρασμα τοῦ λόγου παντὸς ἀφικέσθαι, οὐδὲ διὰ τῶν λίθων, καὶ τῶν ὀστράκων, καὶ τῆς ψάμμου, καὶ τῶν κατακαιομένων ἢ σηπομένων νεκρῶν ζώων τὴν τοῦ κόσμου διήκειν ψυχήν. εἰ γὰρ ἁπλῶς οὕτως ἀναφανδὸν ἀκουόντων τῶν πολλῶν ὁ Πλάτων εἶπέ τι τοιοῦτον, κατεγίνωσκον ἂν οἱ παρόντες αὐτοῦ πάντες.

ſtirpes omnes inanimata eſſe corpora dicit. At cum in Timaeo naturalem ſpeculationem pauciſſimis auditoribus ſcientificas rationes aſſequi valentibus ſcribens, poſthabita vulgi ſententia, in mundum totum extenſam ipſius aſſerit animam, ſibi ipſi virum non conſtare ac pugnantia dicere nequaquam putandum eſt, uti neque Ariſtotelem aut Theophraſtum, qui multitudini alia, familiaribus vero ac ſodalibus auſcultationes conſcripſere. Nam dum aliquod ſenſum omnem effugiens dogma, pluribus verbis, ut demonſtretur, indigens, intempeſtive recitatur, auditores offendit. Non prius igitur de ejusmodi rebus pronunciare convenit, quam paulatim per longam demonſtrationem ad rationis totius concluſionem fuerit perventum, neque mundi animam per lapides et teſtas et arenam et flagrantia putreſcentiaque animalium permeare cadavera. Nam ſi ſimpliciter, ut multi palam audiunt, quidquam id genus Plato dixiſſet, utique omnes eum patrocinantes

ἐγὼ δ᾽ οὖν, ἀφ᾽ ὧν μὲν κινούμενος ἐπὶ τὴν δόξαν ταύτην ἀφίκετο, δι᾽ ἑτέρων ὑπομνημάτων ἐδήλωσα, μὴ συναποφηνάμενος αὐτῷ ἢ διατεινόμενος. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος οὕτως ἀποφαίνεται τὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ἀλλ᾽ ἄχρι τοῦ πιθανοῦ καὶ εἰκότος αὐτὴν προέρχεσθαί φησιν. ὅτι μέντοι τὰ φυτὰ κινήσεως ἀρχὴν ἐν αὑτοῖς ἔχει καὶ τὴν τῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων αἴσθησιν, ἀληθὲς εἶναι νομίζω, λέγειν δὲ ἀκαίρως τὰ τοιαῦτα φυλάττομαι μᾶλλον ἢ αὐτὸς ἐκεῖνος, ἀλλ᾽ ἐὰν ἔρηταί μέ τις, τί πλεονεκτεῖ τῶν φυτῶν τὰ ζῶα, τήν τε αἴσθησιν λέγω καὶ τὴν καθ᾽ ὁρμὴν κίνησιν καὶ τάς τε δυνάμεις, ἃς εἶπον ἄρτι, τήν τε ἑλκτικὴν, καὶ τὴν ἀποκριτικὴν, καὶ τὴν καθεκτικήν τε καὶ ἀλλοιωτικὴν, οὐ ψυχικὰς, ἀλλὰ φυσικὰς ὀνομάζων, μηδὲν ἐκ τούτου μήτε τὴν ἰατρικὴν τέχνην μήτε τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν βλαπτομένην ὁρῶν. ὅταν δὲ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας τὸ φυσικὸν μέρος, ὁποῖόν τι Πλάτων ἡγεῖται, λέγειν ἀναγκαῖόν μοι γένηται, τινὰ μὲν ἄντικρυς ἐπαινῶ, καὶ συναποφαίνομαι τἀνδρί· περί τινων δὲ ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προσέρ-

condemnarent. Ego igitur, quibus ille adductus in hanc opinionem devenerit, aliis commentariis aperui, nihil fane ipfi confentiens aut repugnans. Neque enim ille ipfe ita pronunciat, quae ad naturalem pertinent fpeculationem, fed usque ad probabile ac verifimile eam progredi inquit. Quod igitur plantae principium in fe motus habeant et familiarium fenfum atque alienorum, verum effe arbitror, dicere autem intempeftive talia magis fugio quam ille ipfe. Verum fi me quis roget, quid fuperius animalia ftirpibus habeant, refpondeo et fenfum et appetitionis motum et vires modo expofitas, nempe attractricem et expultricem et retentricem et alteratricem: quas non animales, fed naturales voco, cum ex hoc neque medicae arti, neque morali philofophiae quicquam incommodi videam accedere. At ubi de naturali moralis philofophiae parte, qualem ducit Plato, dicere mihi fuerit neceffe, nonnulla quidem plane approbo ac viro fuffragor: in quibusdam vero ad probabile ufque accedo: quemad-

χομαι, καθάπερ ἐπ᾽ ἐνίων ἀπορῶ παντάπασιν, οὐδεμίαν ἔχων ῥοπὴν ἐπὶ τῶν διαφωνουμένων, ὡς εἴη τὸ ἕτε(343)ρον αὐτῶν πιθανώτερον. ὥσπερ, ὅτι ψυχὴν ἔχομεν, ἐπίστανται πάντες ἄνθρωποι, θεώμενοι μὲν ἐναργῶς καὶ τὰ διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούμενα, βαδιζόντων καὶ τρεχόντων, καὶ παλαιόντων, αἰσθανομένων τε πολυειδῶς, ἐννοοῦντες δὲ καὶ τῶν ἔργων τούτων αἰτίαν τινὰ ὑπάρχειν ἔκ τινος ἀξιώματος πιστοῦ φύσει πᾶσιν ἡμῖν, καθ᾽ ὃ μηδὲν ἀναιτίως γίνεσθαι νοοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ γινώσκειν, ἥτις ἐστὶν ἡ αἰτία τῶν ἔργων τούτων, ὄνομα θεμένων ἀπὸ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἃ ποιεῖ, δύναμιν εἶναι τῶν γινομένων ἑκάστου ποιητικήν. οὕτω γοῦν καὶ τὴν σκαμμωνίαν ἅπαντές φασι δύναμιν ἔχειν καθαρτικὴν, ὥσπερ τὸ μέσπιλον ἐφεκτικὴν γαστρός. οἱ δὲ τὴν φυσικὴν ὀνομαζομένην ἐκπονήσαντες θεωρίαν, ἄλλως ἄλλοι πείσαντες ἑαυτοὺς, οἱ μὲν ἀσωμάτους τινὰς ἀπεφήναντο δυνάμεις ἐνοικεῖν ταῖς αἰσθηταῖς οὐσίαις, οἱ δὲ αὐτὰς ἐνεργεῖν τὰς οὐσίας κατ᾽ ἰδίαν ἑκάστην φύσιν, ἤτοι γε ἐκ τῆς τῶν τεττάρων στοιχείων κράσεως γενομένην, ἢ ποιᾶς

modum in quibusdam prorſus addubito, cum in diſſonis ad alterum eorum, ut quod probabilius ſit, nequaquam inclinet animus. Quemadmodum nos animae compotes eſſe omnes homines norunt, quippe qui tum ea palam vident, quae per corpus geruntur, cum ambulamus, currimus, luctamur, ac variis modis ſentimus, tum vero ex quodam nobis omnibus natura probato axiomate, quo nihil ſine cauſa fieri aeſtimamus, cauſam horum ſubeſſe aliquam operum concipiunt animo, ſed cum, quaenam ſit cauſa horum operum, non intelligatur, impoſito inde nomine, quod facere ea poſſit quae facit, vim eſſe rerum quae fiunt ſingularum effectricem. Sic igitur omnes et ſcammonium alvi purgandae, ut meſpilum ſupprimendae, facultatem obtinere dicunt. At qui naturalem (ut vocant) ſpeculationem elaboravere, aliter alii ſibi perſuaſerunt: alii incorporeas quaſdam habitare in ſenſilibus ſubſtantiis facultates dixerunt, alii ſubſtantias ipſas pro ſua quamque natura agere, ſive ex quatuor elementorum con-

συνθέσεως τῶν πρώτων σωμάτων, ἅ τινες μὲν ἄτομα, τινὲς δὲ ἀμερῆ, τινὲς δὲ ὁμοιομερῆ φασιν εἶναι. καὶ γάρτοι καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν αὐτὴν οἱ μὲν ἀσώματόν τινα νομίζουσιν οὐσίαν εἶναι, τινὲς δὲ πνεῦμα, καθάπερ ἄλλοι μηδὲ εἶναί τινα ὕπαρξιν αὐτῆς ἰδίαν, ἀλλὰ τὴν ἰδιότητα τῆς τοῦ [5] σώματος οὐσίας, ὧν ποιεῖν πέφυκε, τούτων ἔχειν λέγεσθαι δυνάμεις, οὐκ οὐσῶν τινων ἐκείνων ἰδίαν φύσιν ἐχουσῶν, ἀλλὰ τῆς ἐνεργούσης οὐσίας κατ᾽ αὐτὴν πρὸς τὰ γινόμενα, δι᾽ αὐτῆς τε καὶ ὑπ᾽ αὐτῆς δυνάμεις ἔχειν λεγομένης, ὧν πέφυκε δρᾷν. ἐγὼ τοίνυν ἐν τούτοις μέσην τινὰ τάξιν ἐμαυτὸν ἔταξα. περὶ γὰρ ἄλλων δογμάτων ἀποφαινόμενος ἁπλῶς, τῶν μὲν, ὡς εἰδείην τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, τῶν δὲ, ὡς οὐδὲν αὐτῆς εἰδείην, ἐν οἷς ἄρτι διῆλθον, ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προσέρχομαι, βέλτιον μὲν εἶναι νομίζων, εἴπερ ἐγνώκειν οὕτω περὶ αὐτῶν, ὡς ἀποφαίνεσθαι, καθάπερ ἐπ᾽ ἄλλων, οὐ μὴν ἀναπείθων ἐμαυτὸν, ὥσπερ ἕτεροι, βεβαίαν ἔχειν γνῶσιν, ὧν οὐκ ἔσχον ἀπόδειξιν βεβαίαν. εἰπεῖν οὖν

ſtet temperatura, ſive ex certa primorum corporum compoſitione, quae aliqui atomos, alii autem inſecabilia, quidam ſimilaria inquiunt eſſe. Etenim noſtram quoque ipſam animam ſunt qui incorpoream quandam ſubſtantiam, ſunt qui ſpiritum, ſunt alii, qui ne ſubſiſtentiam quidem ejus peculiarem ullam eſſe arbitrentur, ſed corporis ſubſtantiae proprietatem eorum, quae facere nata eſt, dici facultates habere: cum nullae ſint earum propria natura praeditae, ſed ſubſtantia per ſe agens opera ſua et a ſe facultates ad ea quae fiunt dicatur eorum quae natura efficere apta eſt obtinere. Itaque ego medio quodam inter hos ordine meipſum ſtatui. Nam cum de caeteris dogmatis abſolute pronunciem, partim quod veritatem in ipſis norim, partim quod ejus nihil noverim, in iis, quae modo recenſui, uſque ad probabilitatem provehor, ſatius quidem eſſe exiſtimans de iis perinde atque in aliis, uti ſenſerim, profari, haudquaquam vero mihi ipſe, id quod alii faciunt, perſuadens horum certam habere cognitionem, quorum certam demonſtratio-

Ed. Chart. V. [5.] Ed. Baſ. I. (343.)

βούλομαι καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, ὅσα τὴν μὲν γνῶσιν οὐκ ἀναγκαίαν ἔχει πρὸς ὑγίειαν σώματος ἢ τὰς τῆς ψυχῆς ἠθικὰς ἀρετὰς, ἐπεκόσμησε δ᾽ ἂν, εἴπερ ἐγνώσθη βεβαίως, διὰ τῶν γιγνωσκομένων ἀκριβῶς, ἀποτελούμενα κατὰ ἰατρικήν τε καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν, ἣν ἐγώ φημι χρησίμην τε ἅμα καὶ δυνατὴν εἶναι πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἀσκῆσαι· καὶ γέγραπταί μοι περὶ τούτου δύο βιβλία. νυνὶ δὲ ὅπερ ὑπεσχόμην προσάξω, τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ποιησάμενος. ὅτι μὲν ἐκ τῆς τῶν δ' στοιχείων κράσεως ἅπαντα τὰ παρ᾽ ἡμῖν σώματα γίγνεται, βεβαίως γιγνώσκειν φημί· καὶ προσέτι δι᾽ ὅλων αὐτῶν κεραννυμένων, οὐχ, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἡγεῖτο, κατὰ σμικρὰ μόρια καταθραυομένων. εἴτε δὲ τῶν σωματικῶν οὐσιῶν ὅλων δι᾽ ἀλλήλων ἰουσῶν, εἴτε τῶν ποιοτήτων μόνων, οὔτ᾽ ἀναγκαῖον εἶναί φημι γινώσκειν, οὔτε ἀποφαίνομαι. πιθανώτερον δὲ εἶναι νομίζω, κατὰ τὰς ποιότητας γίγνεσθαι τὰς κράσεις. τήν γε μὴν ψυχὴν, εἰ μὲν ἀθάνατος οὖσα ταῖς σωματικαῖς οὐσίαις κεραννυμένη τὰ ζῶα διοικεῖ, γινώσκειν βεβαίως οὐκ ἀπαγγέλλομαι, καθάπερ

nem minime ſum conſecutus. Libet igitur et de iis omnibus diſſerere, quae cognitionem quidem ad corporis ſanitatem aut morales animi virtutes neceſſariam non habent, caeterum decus afferrent, ſi ita certo cognita forent, quam ea, quae nacta ſunt abſolutionem in medicina ac morali philoſophia: quam ego ſane utilem eſſe affirmo et quae comparari poſſit ab omnibus operam navare volentibus: ac de hoc a me ſcripti ſunt duo libri. Nunc, quod ſum pollicitus, praeſtabo, utique hinc initio deſumpto. Corpora quidem, quae apud nos ſunt, ex quatuor elementorum temperatura conſlari univerſa certo me ſcire dico: et praeterea ex ipſis per ſe tota temperatis, non, ut putabat Empedocles, in exiguas partes comminutis. Num autem ſe totas pervadentibus corporeis invicem ſubſtantiis, an ſolis qualitatibus, neque cognitu neceſſarium arbitror, neque pronuncio. Caeterum qualitatibus fieri temperamenta probabilius cenſeo. Animam vero, an immortalis corporeis mixta ſubſtantiis animalia regat, quemadmodum

οὐδὲ εἰ μηδεμία καθ᾽ ἑαυτήν ἐστιν ἡ οὐσία ψυχῆς. ἐκεῖνο μέντοι φαίνεταί μοι σαφῶς, ὅτι, κἂν εἰσοικίζηται τοῖς σώμασι, δουλεύει ταῖς φύσεσιν αὐτῶν, αἵπερ εἰσὶν, ὡς ἔφην, ἐκ τῆς τῶν στοιχείων ποιᾶς κράσεως γιγνόμεναι. καὶ κατά γε τοῦτο πρὸς τὴν ἰατρικὴν τέχνην οὐδὲν ἡγοῦμαι βλαβήσεσθαι διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς καλουμένης ἐμψυχώσεώς τε καὶ μετεμψυχώσεως. ἐπιτήδειόν τε γὰρ εἶναι τὸ σῶμα χρὴ τὸ δεξόμενον τὴν ψυχὴν, ἀλλοιωθέντος τε αὐτοῦ μεγάλην ἀλλοίωσιν ἐν τῇ κράσει παραχρῆμα τὴν ψυχὴν ἐξιέναι, ψυχομένου μέντοι σφοδρῶς ἐν ταῖς κενώσεσι τοῦ αἵματος, καὶ ἐν ταῖς πόσεσι τῶν ψυχόντων φαρμάκων, ὅταν τε σφοδρῶς ᾖ τὸ περιέχον ψυχρὸν, ἀμέτρως τε θερμαινομένου κατά τε τοὺς πυρετοὺς καὶ τὰς εἰσπνοὰς τῆς φλογὸς, ἢ τῶν ὑπερθερμαινόντων φαρμάκων πόσεις. οὐ μόνον δὲ οὕτως ἀλλοιωθείσης τῆς κράσεως τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ὁρῶμεν αὐτοῦ χωριζομένην, ἀλλὰ κἀπειδὰν τῆς ἀναπνοῆς στερηθείη πάντως, κἀνταῦθά τινος γινομένης ἀλλοιώσεως κατὰ τὸ σῶμα. τηρουμένης οὖν τῆς φυσικῆς εὐκρασίας ἐν τῷ σώματι, τὴν

an ulla quoque per ſe animae eſſentia ſit, conſtanter noſſe haudquaquam profiteor. Illud tamen mihi liquido conſtat, quod, quamvis introducatur in corpora, inſerviat tamen eorum naturis, quae ex certa, ut dixi, elementorum temperatione proveniunt. Atque hac in re nihil ſane medicam artem inde offenſum iri puto, quod in animae vocata immigratione et transmigratione exploranda hallucinemur. Namque et animam recepturum corpus idoneum eſſe oportet, et eo intemperie admodum alterato animam protinus digredi, tum vehementer algeſcente in evacuationibus ſanguinis, ac refrigerantium medicaminum potionibus, cumque ambiens aër frigidus impendio fuerit, tum immodice quoque per febres caleſcente et flammae inſpiratus, aut ſupra modum calefacientium medicaminum hauſtus. Non ita vero ſolum alterata corporis temperie animam videmus ab ipſo ſeparari, ſed ubi etiam privatum omnino reſpiratione fuerit, cum quaedam tunc quoque alteratio fiat in corpore. Itaque ſi naturalis in corpore

Ed. Chart. V. [5. 6.] Ed. Baſ. I. (343.)

ψυχὴν αὐτοῦ χωρισθῆναι δοκῶ μοι γινώσκειν ἀδύνατον εἶναι. καὶ διὰ τοῦτο τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ἥτις ἐστὶν, οὐκ ἀναγκαῖον οὔτε εἰς τὰς ἰάσεις τῶν νοσημάτων οὔτε εἰς φυλακὴν τῆς ὑγιείας ἐπίστασθαι, καθάπερ οὐδὲ εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν, πρακτικήν τε καὶ πολιτικήν. ὀνομαζέτω γὰρ αὐτὴν ἕκαστος, ὡς ἂν ἐθέλῃ, χωρίζων τῆς θεωρητικῆς. ἐπιπλέον δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις ὑπομνήμασι γέγραπταί μοι. τῶν δὲ φυσικῶν δυνάμεων ἔτι δεδειγμένων, ὁπόσαι τε καὶ ὁποῖαί εἰσι, ζήτησίς τις γίνεται κατὰ ἀκολουθίαν, ὅπως φαμὲν αὐτὰς ἕλκειν μὲν [6] τὸ οἰκεῖον, ἀποκρίνειν δὲ τὸ ἀλλότριον. ἀδύνατον γὰρ εἶναι φαίνεται προγνωρίσαι σαφῶς, ὁποῖον μέν τι τὸ οἰκεῖόν ἐστιν, ὁποῖον δέ τι τὸ ἀλλότριον, ἢ τὴν ὁλκὴν τῶν οἰκείων, ἢ τὴν ἀπόκρισιν τῶν ἀλλοτρίων ποιεῖσθαι. τὸ δὲ γνωρίζειν αἰσθητικῆς δυνάμεως ἔργον εἶναι φαίνεται. διὰ τοῦτο οὖν ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ παρακοή τίς ἐστι, καίτοι σαφῶς εἰρηκότος τοῦ Πλάτωνος· Ἕτερόν ἐστι γένος αἰσθήσεως ἐν τοῖς φυτοῖς· οἰομένων τῶν ἀκουόντων εἶναί τινα γνωριστικὴν δύναμιν ἐν αὐτοῖς τῶν οἰκείων

aequabilitas ſervetur temperamenti, animam ab ipſo ſeparari impoſſibile eſſe mihi videor intelligere. Proinde ejus eſſentiam ſcire quaenam ſit, neque ad morborum curationes, neque ad ſanitatis tutelam neceſſe eſt, uti neque ad moralem philoſophiam, activamque ac civilem: eam enim quivis, ut lubet, a contemplatrice diſtinguens nominet. Sed latius a me de his in aliis commentariis ſcriptum eſt. Cum vero, quot qualesve naturales facultates ſint, oſtenderimus, quaeſtio quaedam per conſequentiam oboritur, quomodo familiare eas attrahere dicamus, alienum autem ſecernere. Siquidem impoſſibile eſſe videtur, ut, antequam noſcant, quale familiare ſit, quale alienum, aut attractionem faciant familiarium, aut alienorum ſecretionem: at agnoſcere ſenſoriae facultatis munus eſſe conſtat. Ob id igitur quaedam in hoc ſermone obauditio eſt, tametſi Plato aperte dixerit: *Genus ſenſionis in plantis diverſum eſt:* cum auditores quandam eis agnoſcendorum

τε καὶ ἀλλοτρίων. τούτων γὰρ μόνων ἐστὶν ἡ διάγνωσις αὐτοῖς, ἥ τε καθ᾽ ἡδονὴν, ἥ τε κατ᾽ ἀνίαν, ἥ τε κατά τινα παραπλησίαν τούτοις ἢ ἀνάλογα τὰ παθήματα γιγνομένη, τῶν ἄλλων αἰσθητικῶν διαγνώσεων οὐ μετεχούσης τῆς φυτικῆς ψυχῆς. οὔτε γὰρ τῶν ὁρατῶν, οὔτε τῶν ἀκουστικῶν, οὔτε τῶν ὀσφραντῶν, οὔτε τῶν γευστῶν, οὔτε τῶν ἁπτῶν ποιοτήτων ἔχει διάγνωσιν, ἀλλὰ μόνον τῶν τρέφειν ἢ μὴ τρέφειν δυναμένων. τὰ μὲν γὰρ τρέφειν δυνάμενα πρὸς ἑαυτὴν ἕλκουσα, καὶ κατέχουσα, καὶ πέπτουσα, καὶ μεταβάλλουσα πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς τρεφομένης οὐσίας, τὰ δὲ μὴ δυνάμενα τρέφειν οὐ προσίεται. ὥστε μοι Πλάτων ὀρθῶς δοκεῖ λέγειν, αἴσθησιν ἔχειν τὰ φυτὰ, τῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων δηλονότι, καὶ κατὰ τοῦτο ζῶα προσηκόντως ἂν λεχθῆναι, μετὰ τοῦ μηδὲ τῆς ἐξ αὐτῶν κινήσεως ἐστερῆσθαι. ἀλλὰ μηδὲ τῆς τοιαύτης γνώσεως ἀναγκαίας οὔσης εἰς τὴν ἰατρικὴν φιλοσοφίαν, ἀρκοῦμαι διὰ τὴν ἀκολουθίαν μόνην ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προερχόμενος ἐπαινεῖν τὸν Πλάτωνα,

familiarium atque alienorum vim ineſſe exiſtiment: horum enim tantum ipſis dignotio eſt, quae tum per voluptatem, tum per dolorem, aut aliquos ſimiles his proportioneve convenientes affectus progignitur, cum ſenſilium aliarum cognitionum nequaquam particeps ſit vegetans anima. Neque enim viſibilium, neque audibilium, neque olfactilium, neque guſtabilium, neque tactilium qualitatum cognitionem obtinet, ſed eorum tantum, quae alere vel non alere poſſunt. Nam quae alendo ſunt, ad ſe ipſa trahit, detinet, concoquit, et immutat ad id, quod nutriendae ſubſtantiae familiare eſt: quae autem nutrire non poſſunt, non admittit. Itaque recte dicere mihi Plato videtur, ſtirpes ſenſu eſſe praeditas, familiarium videlicet atque alienorum, eatenuſque animalia convenienter dici, cum non eo motu careant, qui ex ipſis eſt. Sed cum nec ejusmodi cognitio ad medicinalem philoſophiam neceſſaria ſit, contentus ſum ſolius gratia conſequentiae ad veriſimile uſque progrediens Platonem commendare et plan-

καὶ ζῶα καλοῦντα τὰ φυτὰ, καὶ μετέχειν αἰσθήσεως μόνης φάσκοντα, τῆς τῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων διαγνωστικῆς, ἥτις ἂν ἀκριβὴς σκοπὸς τοῦ γένους τῶν ἡδέων τε καὶ οὐχ ἡδέων οὖσα φανεῖται. δι᾽ οὐδὲν γὰρ ἄλλο δυνατὸν εἰπεῖν, ἕλκειν αὐτὰ τὸ οἰκεῖον, ἢ ἐξομοιοῦν ἑαυτοῖς, ἢ διὰ τὴν ἀπόλαυσίν τε καὶ τὴν ἐγγινομένην αὐτοῖς ἡδονήν. ἀλλ᾽, ὡς ἔφην, ἀρκεῖ πρὸς ἰατρικὴν ἐπίστασθαι τοῦτο μόνον, ὡς ἕλκει μὲν τὸ οἰκεῖον, ᾧπερ καὶ τρέφεται, ἀποκρίνει δὲ τὸ ἀλλότριον. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰς φιλοσοφίαν ἠθικὴν ἄχρηστος ἡ τῶν τοιούτων ἀκριβὴς γνῶσις, ὅθεν οὐδὲ ὁ Πλάτων αὐτῆς ἐμνημόνευσεν.

tas appellantem animalia et fenfus unius, qui familiaria quidem et aliena difcernat, participes afferentem: qui (fi exacte confideres) jucundorum et non jucundorum generis effe videbitur. Non enim alia ulla de caufa familiare eas attrahere vel fibi ipfis affimilare, quam ob fruitionem et ingenitam eis voluptatem, dicere poffumus. Verum fcire hoc duntaxat, ut dixi, ad medicinam fatis eft, nempe attrahere familiare, quo etiam aluntur, alienum autem excernere. Caeterum magis adhuc ad moralem philofophiam inutilis ejusmodi rerum exquifita cognitio eft: quapropter neque Plato ejus meminit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ, ΟΤΙ ΤΑ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ ΗΘΗ ΤΑΙΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΡΑΣΕΣΙΝ ΕΠΕΤΑΙ.

Ed. Chart. V. [444.] Ed. Baf. I. (344.)

Κεφ. α'. Ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ πάνυ πολλάκις, οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ μόνου βασανίσας τε καὶ πολυειδῶς ἐρευνήσας, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἀρχῆς μὲν ἅμα τοῖς διδασκάλοις, ὕστερον δὲ σὺν τοῖς ἀρίστοις φιλοσόφοις, ἀληθῆ τε διὰ παντὸς εὗρον τὸν λόγον, ὠφέλιμόν τε τοῖς κοσμῆσαι τὰς ἑαυτῶν ἐθέλουσι ψυχάς· ἐπειδήπερ, ὡς διῆλθον ἐν τῇ περὶ

GALENI LIBER, QVOD ANIMI MORES CORPORIS TEMPERAMENTA SEQVANTVR.

Cap. I. Orationem hanc, corporis temperamenta facultates animae ſequi, non ſemel atque bis, ſed frequenter admodum, accurata ac varia inveſtigatione ſcrutatus, nec ſolus ipſe, ſed una quidem cum praeceptoribus, deinde cum optimis quibusque philoſophis, veram omnino eſſe comperi, ac iis utilem, qui ſuis ipſorum animis cultum adferre nituntur; quandoquidem dum, ut

τῶν ἐθῶν πραγματείᾳ, καὶ διὰ τῶν ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων, ἔτι τε τῶν ὁσημέραι πραττομένων εὐκρασίαν ἐργαζόμενοι τῷ σώματι, κᾀκ ταύτης εἰς ἀρετήν τι τῆς ψυχῆς συντελέσομεν, ὡς οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα καί τινες ἄλλοι τῶν παλαιῶν ἱστοροῦνται πράξαντες.

Κεφ. β'. Ἀρχὴ δὲ παντὸς τοῦ μέλλοντος εἰρῆσθαι λόγου γνῶσις τῆς διαφορᾶς τῶν ἐν τοῖς μικροῖς παιδίοις φαινομένων ἔργων τε καὶ παθῶν τῆς ψυχῆς, ἐξ ὧν αἱ δυνάμεις αὐτῆς κατάδηλοι γίνονται. τινὰ μὲν γὰρ αὐτῶν φαίνονται δειλότατα, τινὰ δὲ καταπληκτικώτατα· καί τινα μὲν ἄπληστα καὶ λίχνα, τινὰ δὲ ἐναντίως διακείμενα· καί τινα μὲν ἀναίσχυντα, τινὰ [445] δὲ αἰσχυντηλὰ, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἔχοντα τοιαύτας διαφορὰς, ἃς ἁπάσας ἐν ἑτέροις διῆλθον. ἐνταυθοῖ δ᾽ ἀρκεῖ παραδείγματος ἕνεκα τῶν τριῶν αὐτῆς εἰδῶν τε καὶ μερῶν ἐνδεδεῖχθαι τὰς δυνάμεις, ἐναντίας ὑπαρχούσας φύσει τοῖς βρέφεσιν. ἐκ τούτου γὰρ ἐνέσται συλλογίζεσθαι, μὴ τὴν αὐτὴν ἅπασι φύσιν εἶναι ψυχῆς.

in commentario de confuetudinibus docui, ex cibis et potibus, iifque praeterea, quae quotidie adminiftrantur, probum corpori temperamentum comparamus, etiam ex hoc rurfus animam ad virtutem adipifcendam nonnihil adjuvabimus; quomodo Pythagorae ac Platonis imitatores, tum alii quidam veterum feciffe narrantur.

Cap. II. Porro initium fermonis, quem in praefentia perfequar, a notione differentiarum petetur, quae in actionibus puerulorum et animae affectibus apparent, ex quibus facultates ipfius animae innotefcent. Alii fiquidem ex eis timidiffimi, alii maxime attoniti cernuntur. Hi rurfus infatiabiles et praeter modum ventri et gulae dediti, illi contra funt affecti. Quidam verecundi, nonnulli quoque impudentes funt. Infuper plerasque id genus alias differentias, quas fimul omnes alibi commemoravimus, invenire licet. Hoc in loco exempli gratia trium et fpecierum et partium animae diverfas facultates natura pueris inesse demonftraffe fufficit. Hinc enim erit colligere, non

εὔδηλον δὲ, ὅτι τὸ τῆς φύσεως ὄνομα κατὰ τοὺς τοιούτους λόγους ταὐτὸν σημαίνει τῷ τῆς οὐσίας. εἴπερ γὰρ ἦν ἀπαράλλακτος αὐτῶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς, ἐνήργουν τε τὰς αὐτὰς ἐνεργείας, ἔπασχόν τ᾽ ἂν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αἰτιῶν τὰ αὐτὰ πάθη. δῆλον οὖν, ὅτι διαφέρουσιν ἀλλήλων οἱ παῖδες εἰς τοσοῦτον ταῖς τῶν ψυχῶν οὐσίαις, εἰς ὅσον καὶ ταῖς ἐνεργείαις τε καὶ τοῖς παθήμασιν αὐτῶν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ταῖς δυνάμεσι. συγκεχυμένοι δέ εἰσιν εὐθὺς ἐν τούτῳ πολλοὶ τῶν σοφῶν, ἀδιόρθωτον ἔννοιαν ἔχοντες περὶ δυνάμεως. ὥσπερ γὰρ ἐνοικοῦντός τινος πράγματος ταῖς οὐσίαις, ὡς ἡμεῖς ταῖς οἰκίαις, οὔπω μοι δοκοῦσι περὶ τῶν δυνάμεων φαντάζεσθαι, μὴ γινώσκοντες, ὅτι τῶν γινομένων ἑκάστου ποιητική τίς ἐστιν αἰτία νοουμένη κατὰ τὸ πρός τι, καὶ ταύτης τῆς αἰτίας, ὡς μὲν πράγματος τοιοῦδέ τινος, ἰδία καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ προσηγορία τίς ἐστιν. ἐν δὲ τῇ πρὸς τὸ γινόμενον ἀφ᾽ ἑαυτῆς σχέσει δύναμίς ἐστι τοῦ γιγνομένου, καὶ διὰ τοῦτο τοσαύτας δυνάμεις ἔχειν τὴν οὐσίαν φαμὲν, ὅσας ἐνεργείας, οἷον τὴν ἀλόην καθαρτικήν τε δύναμιν ἔχειν

eandem omnes naturam obtinere. Porro naturae et fubftantiae vocabulum in hujufmodi orationibus idem fignificare liquido conftat. Nam fi ipforum animae fubftantia mutari non poffet, eafdem obirent functiones, iifdemque ob caufas confimiles ducerentur affectibus. Conftat itaque, pueros tantum inter fe animarum fubftantiis, quantum actionibus et affectibus, differre; quod fi ita fe habet, facultatibus quoque different. Confunduntur autem in hoc ftatim fapientum plerique parum recte fentientes de facultate. Etenim de illis ita mihi fingere videntur, quafi res quaedam fubftantias inhabitet, ut nos domicilia; ignorantes interim, quod fingulorum, quae fiunt, effectrix quaedam fit caufa confiderata fecundum relationem ad aliquid; et huius caufae ceu rei talis cujufpiam privata aliqua et per fe exiftit appellatio. In illo vero ad id quod fit ab ipfa refpectu facultas eft ejus, quod efficitur. Eoque tot fubftantiae facultates effe pronunciamus, quot functiones; verbi gratia, aloë vim purgandi et roborandi

Ed. Chart. V. [445.] Ed. Baſ. I. (344.)

καὶ τονωτικὴν στομάχου, καὶ τραυμάτων ἐναίμων κολλητικὴν, ἰσοπέδων ἑλκῶν ἀπουλωτικὴν, ὑγρότητος βλεφάρων ξηραντικὴν, οὐ δήπου τῶν εἰρημένων ἔργων ἕκαστον ἄλλου τινὸς ποιοῦντος παρὰ τὴν ἀλόην. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ταῦτα δρῶσα, καὶ διὰ τὸ δύνασθαι ποιεῖν αὐτὰ τοσαύτας ἐλέχθη δυνάμεις ἔχειν, ὅσα τὰ ἔργα. λέγομεν γοῦν, τὴν ἀλόην καθαίρειν δύνασθαι καὶ ῥωννύναι στόμαχον, καὶ κολλᾷν τραύματα, καὶ ἕλκη συνουλοῦν, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑγροὺς ξηραίνειν, ὡς οὐδὲν διαφέρον ἢ καθαίρειν δύνασθαι φάναι τὴν ἀλόην, ἢ δύναμιν ἔχειν καθαρτικήν. οὕτω δὲ καὶ τὸ ξηραίνειν ὑγροὺς ὀφθαλμοὺς δύνασθαι ταὐτὸν σημαίνει τῷ δύναμιν ἔχειν ὀφθαλμῶν ξηραντικήν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅταν εἴπωμεν, ἡ ἐν ἐγκεφάλῳ καθιδρυμένη λογιστικὴ ψυχὴ δύναται μὲν αἰσθάνεσθαι διὰ τῶν αἰσθητηρίων, δύναται δὲ καὶ μεμνῆσθαι διὰ τῶν αἰσθητῶν αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν, ἀκολουθίαν τε καὶ μάχην ἐν τοῖς πράγμασιν ὁρᾷν, ἀνάλυσίν τε καὶ σύνθεσιν, οὐκ ἄλλο τι δηλοῦμεν ἢ εἰ περιλαβόντες εἴποιμεν, ἡ λογιστικὴ ψυχὴ δυνάμεις

ſtomachum et vulnera cruenta glutinandi et cicatricem inducendi ulceribus, poſtremo palpebrarum humiditates exiccandi obtinet, dum nihil extet ullum praeter aloën, quod ſingula modo relata faciat. Haec enim iſta effecit, ac ideo, quia poteſt ea facere, tot habere dicta eſt facultates, quot opera. Dicimus itaque, aloën poſſe purgare ſtomachum, roborare, glutinare vulnera, cicatricem ulceribus obducere et oculos humentes exiccare. Nihil autem refert, ſive purgare poſſe aloën, ſive purgandi facultatem habere dicas. Eodem modo nec illa ſignificatu variant, oculos humidos poſſe deſiccare et ſiccandi oculos vim obtinere; ſicut, quum dicimus, anima ratiocinatrix, quae in cerebro ſedem habet, per ſenſoria ſentire poteſt, item meminiſſe per ſenſibilia ex ſe poteſt ipſa et conſequentiam in rebus pugnantiamque cernere, denique compoſitionem earum atque reſolutionem pernoſcere, aliud innuimus nihil, quam ſi breviore huiusmodi epilogo comprehendamus: rationatrix anima variis eſt praedita fa-

ἔχει τὰς πλείους, αἴσθησιν, καὶ μνήμην, καὶ σύνεσιν, ἑκάστην τε τῶν ἄλλων. ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον αἰσθάνεσθαι δύνασθαί φαμεν αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ εἶδος ὁρᾶν, ἀκούειν, ὀσμᾶσθαι, γεύεσθαι, ἅπτεσθαι, πάλιν αὖ δυνάμεις αὐτὴν ἔχειν λέγομεν, ὀπτικὴν, ὀσφραντικὴν, ἀκουστικὴν, γευστικὴν, ἁπτικήν. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐπιθυμητικὴν αὐτῇ δύναμιν ὁ Πλάτων ὑπάρχειν ἔλεγεν, ἣν δὴ κοινῶς ἐπιθυμητικὴν, οὐκ ἰδίως ὀνομάζειν ἔθος αὐτῷ. πλείους μὲν γὰρ εἶναι καὶ ταύτης τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίας φησὶ, πλείους δὲ καὶ τῆς θυμοειδοῦς, πολλῷ δὲ πλείους καὶ ποικιλωτέρας τῆς τρίτης, ἣν δι᾽ αὐτὸ τοῦτο κατ᾽ ἐξοχὴν ὠνόμασεν ἐπιθυμητικὴν, εἰωθότων οὕτω τῶν ἀνθρώπων ἐνίοτε τὰ πρωτεύοντα τῶν ἐν τῷ γένει τῷ τοῦ γένους προσαγορεύειν ὀνόματι, καθάπερ ὅταν εἴπωσιν, ὑπὸ μὲν τοῦ ποιητοῦ λελέχθαι τόδε τὸ ἔπος, ὑπὸ δὲ τῆς ποιητρίας τόδε· πάντες γὰρ ἀκούομεν, Ὅμηρον μὲν λέγεσθαι ποιητὴν, Σαπφὼ δὲ ποιήτριαν. [446] οὕτω δὲ καὶ θῆρα λέγουσιν ἐξαιρέτως τὸν λέοντα, καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατ᾽ ἐξοχὴν ὀνομάζουσιν.

cultatibus, fenfu videlicet, memoria, intellectu, aliisque fingulis. At quia non folum fentire ipfam poffe dicimus, fed etiam fpeciatim videre, audire, odorari, guftare et tangere, alias rurfus facultates ipfam habere tuemur, viforiam, auditricem, odoratricem, guftatricem et tactricem. Ita vero et appetentem in ea facultatem ineffe Plato pronunciabat, quam utique non proprio, fed communi nomine concupiscibilem appellare confuevit. Siquidem plures effe et hujus animae cupiditates ait, plures item irafcibilis. Multo vero tum plures tum magis varias ejus, quae numero tertia eft, quam idcirco excellentiae vocabulo concupifcibilem nominavit, quod homines ita nonunquam ea, quae in comprehenfis fub genere principatum tenent, generis nomine appellare confuerint; veluti, quum carmen hoc a poëta, illud a poëtria recitatum effe commemorant, nemo eft, qui non Homerum poëtam, Sappho poëtriam accipiat. Similiter et feram dicentes leonem indifcriminatim, atque alia id genus fecundum ex-

ἐπιθυμητικὸν οὖν ἐστι κατὰ τὸ κοινὸν τῆς ἐπιθυμίας σημαινόμενον ἀληθείας μὲν καὶ ἐπιστήμης, καὶ μαθημάτων, καὶ συνέσεως, καὶ μνήμης, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἁπάντων τῶν καλῶν ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ψυχῆς, ὃ καλεῖν εἰθίσμεθα λογιστικόν· ἐλευθερίας δὲ καὶ νίκης, καὶ τοῦ κρατεῖν, καὶ ἄρχειν, καὶ δοξάζεσθαι, καὶ τοῦ τιμᾶσθαι τὸ θυμοειδές· ἀφροδισίων δὲ καὶ τῆς ἐξ ἑκάστου τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων ἀπολαύσεως τὸ κατ᾽ ἐξοχὴν ὀνομαζόμενον ὑπὸ Πλάτωνος ἐπιθυμητικὸν, οὔτε τῆς αὐτῆς ψυχῆς ὄρεξιν τοῦ καλοῦ ἔχειν δυναμένης, οὔτε τῆς λογιστικῆς ἀφροδισίων, ἢ πομάτων, ἢ βρωμάτων, ὥσπερ οὐδὲ εἰκὸς, ἢ ἀρχῆς, ἢ δόξης, ἢ τιμῆς. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ τῆς θυμοειδοῦς ὀρέξεις εἶχεν ἥ τε λογιστικὴ καὶ ἡ ἐπιθυμητική.

Κεφ. γ'. Ὅτι μὲν οὖν τρία τῆς ψυχῆς ἐστιν εἴδη, καὶ ὁ Πλάτων βούλεται ταῦτα, δι᾽ ἑτέρων ἐπιδέδεικται, καθάπερ γε καὶ ὅτι τὸ μὲν ἐν ἥπατι, τὸ δὲ ἐν καρδίᾳ, τὸ δὲ ἐν ἐγκεφάλῳ καθίδρυται. ὅτι δὲ ἐκ τούτων τῶν εἰδῶν τε

cellentiam appellitant. Quare concupiſcibilis communi cupiditatis ſignificatu, puta veritatis, ſcientiae, diſciplinarum, prudentiae, memoriae et, ut uno verbo abſolvam, omnium honeſtorum illa pars eſt animae, quam ratiocinatricem vocare ſoliti ſumus. At libertatis, victoriae, vincendi, imperandi, gloriam honoremque aucupandi, ulciſcendi iraſcibilis: Veneris, eſculentorum poculentorumque fruitionis ea, quae per excellentiam a Platone concupiſcibilis nominatur, quum nec eadem anima honeſtum poſſit appetere, nec rationalis venerea, aut potus, aut eſculenta, quemadmodum nec imperium, ut credibile eſt, aut honorem, aut gloriam. Pari modo nec iraſcibilis, quae ratiocinatricis et appetitoriae ſunt, concupiſcit.

Cap. III. Tres igitur animae ſpecies eſſe, Platonis etiam ſententia alias demonſtravimus; inſuper hanc in jecinore, illam in corde, tertiam in cerebro ſedem occupare. Porro quod ex his animae totius vel ſpeciebus

καὶ μερῶν τῆς ὅλης ψυχῆς τὸ λογιστικὸν ἀθάνατόν ἐστι, Πλάτων μὲν φαίνεται πεπεισμένος· ἐγὼ δὲ, οὔθ᾽ ὡς ἔστιν, οὔθ᾽ ὡς οὐκ ἔστιν, ἔχω διατείνασθαι πρὸς αὐτόν. πρῶτον οὖν ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν ἐν καρδίᾳ καὶ ἥπατι τῆς ψυχῆς εἰδῶν, ἃ κἀκείνῳ κἀμοὶ συνωμολόγηται φθείρεσθαι κατὰ τὸν θάνατον. ἔχοντος δὲ ἰδίαν οὐσίαν ἑκατέρου τῶν σπλάγχνων, ἥτις μέν ἐστιν ἀκριβῶς αὕτη, μηδέπω ζητῶμεν, ἀναμνησθῶμεν δὲ περὶ τῆς κοινῆς ἁπάντων σωμάτων συστάσεως. ἐκ δυοῖν γὰρ ἀρχῶν ἡμῖν ἐδείχθη σύνθετος ὑπάρχειν, ὕλης μὲν ἀποίου κατ᾽ ἐπίνοιαν, ἐχούσης δὲ ἐν αὐτῇ ποιοτήτων τεττάρων κρᾶσιν, θερμότητος, ψυχρότητος, ὑγρότητος, ξηρότητος. ἐκ τούτων καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, καὶ χρυσὸς, ἥ τε σὰρξ, νεῦρά τε καὶ χόνδρος, καὶ πιμελὴ, καὶ πάνθ᾽ ἁπλῶς τὰ πρωτόγονα μὲν ὑπὸ Πλάτωνος, ὁμοιομερῆ δ᾽ ὑπ᾽ Ἀριστοτέλους ὀνομαζόμενα γέγονεν. ὥστε, εἴγε αὐτὸς οὗτος Ἀριστοτέλης εἶδος εἶναι τοῦ σώματος εἴπῃ τὴν ψυχὴν, ἐρωτητέον αὐτὸν ἢ τοὺς γ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ, ποτέραν τὴν μορφὴν εἶδος εἰρῆσθαι πρὸς

vel partibus ratiocinatrix immortalis ſit, Plato quidem perſuaſum habere videtur; ego vero, ſitne an non ſit, cum eo contendere non poſſum. Primum igitur inſpiciamus de animae ſpeciebus in corde et jecinore ſitis, quas per mortem corrumpi et interire, tum apud illum tum apud me in confeſſo eſt. Quum autem peculiarem utrumque viſcus ſubſtantiam habeat, quae quidem ſit ad amuſſim, haec nondum quaerimus; de communi vero omnium corporum conſtitutione mentionem faciamus; ex duobus enim principiis eam conſtare oſtendimus, materia ſane, quae per intellectum qualitatis ſit expers, verum in ſe quatuor qualitatum temperiem contineat, calidi, frigidi, humidi, ſicci. Ex quibus aes quoque et ferrum, aurum, caro, nervi, cartilagines, adeps et plane omnia conſtant, quae Plato primigenia, Ariſtoteles ſimilaria vocavit. Proinde is ipſe Ariſtoteles, ſi animam corporis eſſe ſpeciem dixerit, rogandus mihi eſt, aut ejus ſectatores, utrum formam ſpeciem eſſe dictam ab ipſo cenſebimus, quemadmodum

αὐτοῦ νο(345)μίσομεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀργανικοῖς σώμασιν, ἢ τὴν ἑτέραν ἀρχὴν τῶν φυσικῶν σωμάτων, σῶμα δημιουργήσασαν, ὅπερ ὁμοιομερές ἐστι καὶ ἁπλοῦν, ὡς πρὸς αἴσθησιν οὐκ ἔχον ὀργανικὴν σύνθεσιν. ἀποκρινοῦνται γὰρ ἐξ ἀνάγκης τὴν ἑτέραν ἀρχὴν τῶν φυσικῶν σωμάτων, εἴ γε δὴ τούτων εἰσὶ πρώτως ἐνέργειαι. δέδεικται γάρ τοῦθ' ἡμῖν ἑτέρωθι, καὶ νῦν, ἂν δεήσῃ, πάλιν εἰρήσεται. καὶ μὴν εἴπερ ἐξ ὕλης τε καὶ εἴδους ἅπαντα συνέστηκε τὰ τοιαῦτα σώματα, δοκεῖ δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Ἀριστοτέλει, τῶν τεττάρων ποιοτήτων ἐγγινομένων τῇ ὕλῃ τῶν φυσικῶν, γίγνεσθαι σωματικὴν ἐκ τούτων κρᾶσιν, ἀναγκαῖον αὐτὸ τίθεσθαι τὸ εἶδος, ὥστε πως καὶ ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία κρᾶσις ἔσται τῶν τεττάρων, εἴπερ ποιοτήτων ἐθέλεις λέγειν, ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος, καὶ ψυχρότητος καὶ θερμότητος, ἤτοι σωμάτων, ὑγροῦ, καὶ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς οὐσίᾳ τὰς δυνάμεις αὐτῆς δεικνύναι ἑπομένας, εἴ γε καὶ τὰς ἐνεργείας. εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ λογιζόμενον εἶδος τῆς ψυχῆς ᾖ, θνητὸν ἔσται· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ

in corporibus inftrumentariis, an alterum naturalium corporum principium, puta corporis opifex, quod fimilare eft et fimplex, ut quod ad fenfum inftrumentariam compofitionem non habeat. Refpondebunt nimirum neceffario, alterum naturalis corporis principium; fiquidem horum funt primario actiones. Indicatum hoc alibi a nobis eft; imo etiam nunc, fi res poftulet, referemus denuo. Atqui fi ex materia et forma ejusmodi corpora omnia confiftunt, videtur autem et ipfi Ariftoteli, quum quatuor qualitates materiae naturalium innafcantur, corporeum ex his fieri temperamentum, neceffitas coget formam ipfam apponi. Quapropter etiam animae fubftantia temperamentum erit quatuor, five qualitatum velis dicere, humiditatis, ficcitatis, caliditatis et frigiditatis, five corporum, humidi, calidi, frigidi et ficci. Quod autem animi fubftantiam facultates ejus fequantur, perinde ut actiones, demonftrabimus. Itaque, fi ratiocinatrix animae fpecies fit, mortalis erit; etenim et ipfa temperamentum quoddam

κρᾶσίς τις ἐγκεφάλῳ, [447] καὶ πάνθ᾽ οὕτω τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη τε καὶ μέρη τὰς δυνάμεις ἑπομένας ἕξει τῇ κράσει, καὶ ἔσται τοιαύτη ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία. εἰ δ᾽ ἀθάνατός ἐστιν, ὡς Πλάτων βούλεται, διὰ τί χωρίζεται, ψυχθέντος σφοδρῶς, ἢ ὑπερθερμανθέντος, ἢ ὑπερξηρανθέντος, ἢ ὑπερυγρανθέντος τοῦ ἐγκεφάλου, καλῶς ἂν ἐπεποιήκει γράψας αὐτὸς, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ κατ᾽ αὐτὴν ἔγραψε. γίνεται γὰρ ὁ θάνατος κατὰ τὸν Πλάτωνα, χωριζομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. διὰ τί δὲ αὐτὴν κένωσις αἵματος χωρίζει πολλὴ, καὶ κώνειον ποθὲν, καὶ πυρετὸς διακαὴς, εἰ μὲν ὁ Πλάτων ἔζη, παρ᾽ ἐκείνου πάντως ἂν ἠξίωσα μαθεῖν. ἐπεὶ δ᾽ οὔτ᾽ ἐκεῖνός ἐστιν ἔτι, καὶ τῶν Πλατωνικῶν διδασκάλων οὐδεὶς οὐδεμίαν αἰτίαν ἐδιδάξατό με, δι᾽ ἣν ὑφ᾽ ὧν εἶπον ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος ἀναγκάζεται χωρίζεσθαι, τολμῶ λέγειν αὐτὸς, ὡς οὐ πᾶν εἶδος σώματος ἐπιτήδειόν ἐστιν ὑποδέξασθαι τὴν λογιστικὴν ψυχήν. ἀκόλουθον γὰρ ὁρῶ τοῦτο τῷ περὶ ψυχῆς δόγματι τοῦ Πλά-

cerebri conſtituitur, et hoc pacto univerſae animae ſpecies partesque facultates temperamenta ſequentes habebunt, atque erit talis animae eſſentia. At ſi immortalis eſt, ut Plato aſſirmat, qui ſit, amabo, quod, cerebro plus ſatis aut refrigerato, aut calefacto, aut exiccato, aut humectato, ipſa protinus emigret? Probe mehercle feciſſet Plato, ſi ejus rei cauſam quoque, ſicut alia pleraque, conſcripſiſſet. Mors etenim ſecundum ejusdem auctoris ſententiam accidit, quum anima diſcedit a corpore. Verum qua ratione contingat, largam ſanguinis evacuationem, cicutam epotam et febrem perardentem eam expellere, ſi Plato viveret, nequaquam dedignarer ab eo diſcere. Sed quia in vivis non eſt, nec ullus ex Platonicis praeceptoribus cauſam ullam me docuerit, cur ab iis, quae narravi, diſcedere cogatur, haud vereor ipſe dicere, non omnem corporis ſpeciem idoneam eſſe, quae ratiocinatricem animam ſuſcipiat. Hoc namque Platonici dogmatis conſequens eſſe

